



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titvlvs XXXVIII. De Jure Patronatûs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62668)



# TITVLVS XXXVIII.

## De Jure Patronatus.

**E**cclēſiæ, Capellæ, Parochia-  
lia, cæteraque beneficia, de  
quibus hęc librò multis a-  
ctum eſt, frequenter hodie  
praefertim ab Epifcopis conferuntur per  
inſtitutionem, præcedente præſentatione  
Clericorum aut Religioſorum, imò  
etiam laicorum; qui propterea ejuſmodi  
Eccleſiarum ac beneficiorum Patroni:  
praefentandi verò, ſive clericis ad ea i-  
doneos Epifcopis offerendi facultas, ap-  
pellatione in ſcholis & utroque foro re-  
ceptiſſimã, vocari ſolet Jus Patronatus.

### ARTICVLVS I.

#### De Natura & Varieta- te Juris Patronatus.

#### SUMMARIUM.

1. Jus Patronatus aliter ſumitur Jure  
Civili, aliter Canonico:
2. Quò ſumpti definitio,
3. Et definitione accuratior explicatio.
4. Jus Patronatus imprimis aliud Ec-  
cleſiaſticum,
5. Et aliud Laicale eſt:
6. Beneficium à clerico fundatum ex bo-  
nis ipſius Eccleſiæ,
7. Vel redditibus beneficalibus, Eccle-  
ſiaſtici eſt juris Patronatus;
8. Niſi de illis clericus liberè potuerit di-  
ſponere.

9. Jus Patronatus laicale in Eccleſiam,  
Eccleſiaſticum:
10. Et hoc in laicum tranſlatum, Lai-  
cale evadit:
11. Quocunq; titulo perpetuò fuerit  
tranſlatum.
12. Laicalis Patronatus eſt beneficium,  
ad quod ab Eccleſia præſentan-  
dum nominat laicus.
13. Non etiam, ad quod cum laici con-  
ſilio,
14. Vel etiam conſenſu clericum Eccle-  
ſiæ præſentat.
15. Jus Patronatus aliquando eſt Mix-  
tum:
16. Quod quatenus Eccleſiaſticum eſt,  
cadit ſub Reſervationem.
17. Rurſum Patronatus jus aliud Here-  
ditarium, aliud Familiare eſt.
18. In dubio præſumitur eſſe Heredita-  
rium.
19. Et demum eſt, aliud Perſonale, a-  
liud Reale eſt.
20. Jus Patronatus non merè tempora-  
le vel ſpirituale:
21. Sed ſpirituale annexum eſt.

**N**on eandem hoc nomen in utro-  
que Foro & Jure ſignificatio-  
nem habet; Civili enim Jus  
Patronatus vocatur, quod do-  
minis competit reſpectu libertorum, ſive  
ſervorum ab ipſis manumifſorum, ſive do-  
natorum libertate: de quo Patronatu can.  
Liberti, 12. q. 2. Rubrica & textus ff.  
Yyy z de Jure

de Jure Patronat. Ecclesiasticò verò Jure denotat potestatem à sacris Canonibus introductam, & clericorum in Ecclesiis & beneficiis Ecclesiasticis institutionem respicientem: cujus nunc aggredimur declarationem. Hòc itaque modò sumptum

Jus Patronatùs est Jus sive potestas præsentandi clericum instituendum ad Ecclesiam vel beneficium vacans. Ita passim DD. cum S. Thoma in 4. disp. 25. q. 3. art. 2. & Hostiensis in Summa hie n. 1. Nec male, cum; quia, sicut beneficiù non vacans non conferri liberè, c. 1. de Concess. Præb. sic ad id præsentatio, antequam vacet, fieri nequit, c. fin. Rubr. cit. & c. Illud 8. hie, tum verò; quia in Ecclesia vel beneficio Ecclesiastico clericum instituere nequit ipsemet Patronus: sed eum duntaxat Episcopo vel alteri jus habenti instituendum offerre potest, ut ex c. Præterea 4. & c. Laici 10. planum, & Tit. 7. n. 3. est dictum.

Neque hæc Angelici Doctoris & Hostiensis definitio rejicienda est ex eo; quòd Patrono in Conventuali non competat præsentatio: in aliis autem Ecclesiis ultra eam competat specialis honor, eisque in necessitate debeantur alimenta, & Ecclesiæ tuendæ cura incumbat, juxta illos versus Glossæ fin. in c. Nobis 25. in addit.

Patrono debetur honor, onus utilitasque;

Præsentet, præstet, defendat, alatur egenus.

quía, sicut hoc, sic & illud verum est; quòd præsentandi ordinarium, principale & præ aliis notum Patronorum jus sit. Unde per id, licet non plenè, magis tamen congruè, quàm per alia patronorum cura explicatur, ut præter alios Zæsius ad hanc Rubric. n. 2. & Palao Tract. 13. disp. 2. p. 2 n. 1. adnotant.

Nihilominus accuratius ab aliis præsertim antiquioribus DD. Jus Patronatùs cum Panormit. in Rubric. n. 3. & Rocho de Curte de Jure Patronat. in Princip. n. 4. dicitur, esse Jus honorificum, onerosum & utile, alicui competens in Ecclesia, quam de Ordinati consensu fundavit, construxit aut dotavit: ipse, vel is, à quo causam accepit: in quo autem honor, onus & utilitas sint, infra pluribus dicitur, Sic declaratum

Jus Patronatùs celeberrimè partitione dividitur in Ecclesiasticum, Laicale & Mixtum, apud Gonzalez in Reg. 4. Gloss. 18. à n. 4. & Barbolam Lib. 1. Jus Eccles. cap. 12. n. 3.

Ecclesiasticum ita vocatur, non à qualitate personæ clericalis, ut voluit Wamesius Tom. 2. Confil. 470. cum Laicale etiam clericus, Ecclesiam vel beneficium ex proprio patrimonio fundans, habere possit: sed, quòd competat Collegio vel personæ ratione Ecclesiæ vel dignitatis, beneficii aut officii Ecclesiastici, quòd habet, Cui

Non obstat; quòd non ex ipsius Ecclesiæ aut beneficalibus bonis, sed ex proprio clerici, imò etiam alicujus personæ secularis patrimonio originem trahat: modò postea testamentò, donatione aut aliò quovis modò ad Ecclesiam vel Monasterium translatum aut alicui dignitati vel beneficio Ecclesiastico sit annexum, ut colligitur ex c. Unico 6. Perona in 6. & in Tractat. Jus de Jure Patronat. tradunt Cæsar Lambertin. Lib. 1. p. 8. q. 1. art. 8. n. 1. & Rochus de Curte. Jus. q. 7. n. 14. Hujusmodi jura Patronatùs etiam sunt, quæ obtinent Episcopus vel Abbas ratione domini temporalis, ad Ecclesiam vel Monasterium pertinentis, Garcias de Benef. p. 5. cap. 1. n. 556. Collegia Nobilium Virginitum sub Abbatiis

Abbatissa viventium, quas Canonistas vulgus appellat, ut in Germania nostra sunt duo Ratisbonensia, Essendense, Lindavienle, Buchovienle &c. Magistri & Equites S. Joannis Baptistæ, Melitenles & B. M. V. Teutonici ratione suorum Magistratum & Commendarum &c. per ea, quæ tradit Malcardus de *Probat. conclus. 961. n. 2. & 4.* Præfeci fabricæ aut Oeconomi Ecclesiarum, etiam laici, ab Episcopo deputati vel approbati, ratione ejusmodi sui officii aut administrationis, Garcias *cap. cit. n. 598.* & denum probabilis etiam, quæ obtinent Rectores hospitalium auctoritate Episcopali erectorum: uti & Confraternitates laicorum, & Collegia studiosorum, infirmorum &c. quando illæ certæ alicui Ecclesiæ annexæ, & ista auctoritate Episcopi erecta sunt; quia sunt loca Religiosa jurisdictioni Ecclesiastica subjecta, & gaudent privilegiis Ecclesiarum, c. *Adheret 4. de Religios. domibus*, Garcias *cap. cit. n. 604.* qui tamen *n. 608.* rectè observat, ejusmodi Hospitalibus, Confraternitatibus & Collegiis competens jus patronatus, et si in rigore Ecclesiasticum sit, ad effectus tamen derogationis ac reservationis, saltem quando major pars laicorum est, & præsentatio per ipsos fit, Secularibus accenferi posse: quod etiam censet Vallensis de *Benef. Lib. 1. Tit. 4. n. 7. in fine.*

5. Laicale sive Seculare est, quod unum vel pluribus laicis eorumve communitati, vel etiam clericis competit ratione proprii patrimonii: vel, quia ex hoc Ecclesiæ vel beneficium fundarunt, construxerunt vel dotarunt, aut ejusmodi fundatoribus successerunt, Glossa in *Clement. Plures, V. Præsentare*, & Covarruvias *Pract. cap. 36. n. 2.* Unde in dubio, an ratione patrimonii vel Ecclesiæ, beneficij &c. competat, attendi solet,

an deferatur jura hæreditariæ successio- nis; cum enim jura Ecclesiastica hæc modo non deferantur nec dentur, *can. Moy- ses 8. q. 1. c. 1. de Prob. & dignit. &c. Ad decorem 5. de Institur. patronatus* jus, quod ejusmodi successione obtinetur, præsumitur esse Laicale, Vallens. *l. cit. & ad hanc Rubr. §. & n. 2.*

Dubium hæc loco est primò, an Jus 6. rispatronatus Ecclesiastici vel Laicis sit Ecclesia vel beneficium, à clerico de redditibus beneficalibus sive Ecclesiæ intuitu acquisitis fundatum vel dotatum. Certum ex dictis est, Ecclesiastici esse fundatum vel dotatum de redditibus ipsius Ecclesiæ, vg. de feudo per vasalli sine hæredibus decedentis obitum ad Ecclesiam reverso: licet illud huic necdum fuerit incorporatum, Felinus *inc. Ex literis 11. de Constitut. n. 3. cit.* Rochus *V. Jus, n. 18.* & Lambertin. *q. 8. art. 7.* cum enim ejusmodi bona sint in dominio Ecclesiæ, & ad hanc quomodocunque reversum feudum plenò jure spectet, ex hoc aut illis fundatum ac dotatum beneficium Ecclesiæ competentis proindèque Ecclesiastici juris patronatus erit, *arg. can. fin. 12. q. 4. & c. Presbyter 2. de Pecul. cleric.*

Idem de capella vel beneficio, fun- 7. dato & dotato ex bonis beneficalibus sive Ecclesiæ intuitu clerico quæsitis insinuatum est *n. 4.* quod tamen declarandum & dubitatio resolvenda est auxiliò distinctionis; vel enim de hujusmodi bonis liberè disponendi ac testandi facultatem privilegiò sive indultò Apostolicò vel immemoriali consuetudine clericus habet, vel non?

Si posterius hoc, capella vel beneficium ab eo fundatum ac dotatum jurispatronatus Ecclesiastici est, pertinentis ad ipsam Ecclesiam vel beneficium, quod clericus capellæ vel beneficij fundator ob- tinet

tinet; ut ad hoc vel illam vacantem præsentationes faciendæ sint à fundatoris in capella vel beneficio successoribus, Panormit. in c. *Ad audientiam* 3. de Eccles. adif. n. 12. Joan. Monach. ad hanc Rubric. in 6. n. 1. Lambertin. q. cit. art. 7. & Garcias p. 5. de Benef. cap. 1. n. 594. ejusmodi capellam vel beneficium spectans patronatus ius à clerico fundatore ad consanguineos aliosque hæredes transmitti posse, negans cum Gonzalez cit. Gloss. 18. à n. 107. Ratio est; quia, privilegio aliòve speciali iure cessante, beneficia sive Ecclesiæ intuitu quæsitæ & ex his comparata bona, iuræque, clerico beneficiato decedente, ei, cui is servivit, Ecclesiæ cedunt, c. 1. c. Presbyter 2. de Pecul. cleric. c. Cum in officii 7. c. Quia nos 9. c. Relatum 12. de Testament.

8. Si prius, & clericus fundator de beneficialibus sive Ecclesiæ intuitu acquisitis bonis inter vivos & ultimâ voluntate liberè disponendi facultatem eiusmodi indultò vel consuetudine obtinet, ultimâque voluntate bona iuræque sua consanguineis aut aliis hæredibus reliquere potest, eiusmodi capellâ vel beneficiû iuris patronatus Laicalis esse, & ad huiusmodi hæredes, clerico ex testamento succedentes, transire cum Lotterio Lib. 2. de Benef. q. 10. n. 2. docet Garcias l. cit. § n. 595. licet specialiter aliquid dispositum non sit de iure patronatus. Ratio est; quòd eiusmodi indulti & consuetudinis vigore beneficia sive Ecclesiæ intuitu acquisita bona evadant quasi-patrimonialia: de quibus erectam ac dotatam capellam vel beneficium iuris patronatus est Laicalis. Confirmat ista Garcias l. cit. Praxi Hispaniæ, in quâ clerici patronatus sive ad Ecclesias & beneficia, de bonis beneficialibus fundata & dotata, præsentandi iura consanguineis aliisque hæredibus aut aliis inter vivos appli-

care vel ultimâ voluntate relinquere, dicecesium Ordinarius approbatus & non contradicentibus, non raro solent; quòd generali illius provinciarum consuetudine clerici de bonis suis beneficialibus inter vivos & supremâ voluntate elogiò liberè disponant, isque intellectus proximi consanguinei succedant.

Dubium secundò est, an ius patronatus Ecclesiasticum translatum in laicos evadat Laicale. Dubitandi ratio est; quòd, cum eiusmodi translatio non faciat, quò minus capella vel beneficium ex Ecclesiæ bonis fundatum ac donatum sit, etiam non faciat, quò minus capellam vel beneficium spectans patronatus ius retineat naturam Ecclesiasticam in patronatus, Verum, quia capellam vel beneficium ex proprio patrimonio datum spectans, atque idcirco origines Laicale patronatus ius ipsa in Ecclesiam vel Monasterium translatione evadit Ecclesiasticum, illiusque naturam evadit ipsa stinâ assumit, Panorm. in c. De Monachis 2. de Prab. § dignit. n. 14. & Joan. Monach. in c. 1. hanc Rubr. in 6. idem statuerunt, id est de iure patronatus Ecclesiasticum est de iure patronatus Ecclesiasticum perpetuò in laicos translato; cum ad Ecclesiam vel beneficium patronatus subiectum præsentatio, quæ ante Ecclesiæ vel Monasterii ratione competeat, post translationem in laicum huic competeat ratione proprii patrimonii, & ipsi ius patronatus jure hæreditariæ successione in posterum deferatur. Quare eiusmodi translatione Ecclesiasticum quoque patronatus ius, primordiali naturâ exiit, in laicale transire, rectè defendunt cit. Barbosa n. 16. & Pirhing ad hanc Rubric. 24. rem hanc declarantes & firmantes paritate rerum & honorum Ecclesiasticorum: quæ, si ex justa causa & formâ seu solennitate Canonica observata ab Ecclesia vel Monasterio alienentur, c. trans-

ferantur in laicos, in istorum transeunt dominium, & qualitate Ecclesiastico- rum exutâ evadunt Secularia, istorumque & patrimonialium bonorum jure censentur, Menhaca *Lib. 1. de Success. creat. §. 20. n. 684.*

21. Hanc tamen resolutionem DD. citr. temperant ac restringunt ad jus patronatûs Ecclesiasticum, oneroso duntaxat & permutationis titulò in laicos translatum; ut non porrigatur & afficiat translatum in istos titulò v.g. donationis lucrativò. Sed cum restrictione ista apertè pugnat gemina paritas in vim probationis allegata pro Resolutione; cum etiam hujusmodi titulò in Ecclesiam vel Monasterium translatum jus patronatûs Laicale natu- ram assumat Ecclesiastici; eodémque v.g. donationis titulò ex justa causa & cum solennitate Canonica ab Ecclesia vel Monasterio in laicos perpetuò translata: res ac bona temporalia, pristinâ qualitate dimissa, secularia evadant, & istorum jure per omnia censeantur. Cùm ergo de translatione juris patronatûs Ecclesiastici facta titulò lucrativò speciale aliquid jure statutum non reperiatur, ab isto quoque, titulò lucrativò in laicos perpetuò translato, exutâ pristinâ novam juris patronatûs laicalis naturam assumi, verius est; quòd post translationem, quò- cunque titulò legitime & perpetuò factam, hereditariæ successiois jure defertatur, & ratione proprii patrimonii laico competat.

22. Dubium tertio est, an Ecclesiastici vel Laicalis juris patronatûs sit Ecclesia, capella vel aliud beneficium, ad quæ vacantia clericos, ab Ecclesia vel Monasterio Episcopo præsentandos, nominat Princeps vel Magistratus secularis; id enim patronatûs jus esse Ecclesiasticum suadet ratio; quòd, cum jus patronatûs sit jus præsentandi clericum ad Ecclesiam vel beneficium vacans: præsen-

tandi autem jus tali casu Ecclesiæ vel Monasterio competat, id perinde ut his competentia alia, clericos sine prævia nominatione præsentandi jura, Ecclesiasticum esse sit necesse: ex qua ratione id pro tali jure habent Joan. Andr. & Francus *n. 4. in c. Cùm in illis 16. §. Si verò de Preb. & dignit. in 6.*

Verum, quia tali casu Ecclesia vel Monasterium, non quem illa vel hoc elegit: sed quem elegit Princeps aliùve Magistratus aut persona laicalis: & clericum à tali nominatum, non liberè, sed necessariò præsentat, & Ministri potius vel procuratoris quàm veri præsentatoris munere fungitur, Ecclesiam, capellam vel aliud beneficium, ad quæ ad laicorum nominationem & ab his nominatorum præsentatio fit, Laicalis potius quàm Ecclesiastici juris patronatûs esse, sustinent Gambara *de Offic. Legati Lib. 3. n. 348. Azor p. 2. Institut. Lib. 5. cap. 28. q. 2. §. Dubia & Garcias cit. cap. 1. n. 616.* quòd vero patrono competere debeat jus clericum idoneum, quem ipse elegit, Episcopo præsentandi, *can. Decernimus 13. ibi, Quos fundatores condignos elegerint, 16. q. 7. & c. Quoniam 3. ibi, Qui plurimorum compatronorum eligitur assensu; hic: jus autem clericos idoneos eligendi in proposito casu non competat Ecclesiæ vel Monasterio, sed Principi, Magistratui vel alteri personæ seculari: à qua nominatum clericum idoneum, si Ecclesia vel Monasterium intra legitimum tempus Episcopo præsentare nollet, pro in tempore præsentato habendus esset, juxta tritum Juris axioma, quò pro facto habetur, quod fieri debuit, si per eum, à quo fieri debuit, non stetit, quò minus factum sit, arg. l. Filiusfamilias 43. ff. de Testam. milit.*

Dubium quartò est, cujus patro- 13.  
natûs juris sit Ecclesia vel beneficium, ad  
Z z z quod cle-

quod clericum cum laici, Ecclesiasticus, vel cum illius consilio aut consensu præsentandi jus laicus habet. Et quidem, si præsentatio ab Ecclesiastico cum laici vel ab isto cum Ecclesiastico consilio duntaxat facienda sit, qualitatem juris patronatûs à qualitate præsentantis vel ejus, cujus nomine præsentatio fit, non ejus, cujus consiliû requirendum est, desumendam, res est satis explorata; quòd ad consiliû duntaxat requirendum obligatus, electione & oblatione personæ idoneæ liberâ habeat hòc ipsò; quòd consiliû requirere duntaxat: non etiam, quòd suggeritur, sequi teneatur, c. *Cum olim 7. de Arbitris* & c. 1. *de Capell. Monach. Patronum. in c. Quanto 5. de lit. qua à Prælat. n. 3. & cit. Gonzalez Gloss. 46. n. 61.* Si verò præsentatio facienda sit cum consensu, Garcias *cit. n. 616.* patronatûs jus pro Ecclesiastico habendum, existimat, sive Ecclesiasticus præsentet sive solummodo consentiat in præsentationem. Sed melius *cit. Gambara n. 409.* & Azor *q. 2. §. Quanto,* etiam hòc casu patronatûs qualitatem à conditione personæ præsentantis sive ejus, etius jure iste præsentat, desumendam ajunt, si ve ea sit Ecclesiastica sive Secularis. Ratio est; quia patronus propriè est, qui clericum pro Ecclesia vel beneficio vacante eligendi & Episcopo offerendi jus habet: personam autem eligendi & Episcopo offerendi ius hoc casu habet Solus præsentans, non consentiens; eòdè iste personam, à præsentante liberâ voluntate electam, consensu suo solum approbandi: non, quam ipse vellet, eligendi vel præsentanti obrudendi ius habeat.

14. Mixtum ius patronatûs dicendum est, quod uni ratione Ecclesiæ vel Ecclesiasticæ dignitatis, beneficii &c. alteri vel aliquibus aliis ratione patrimonii proprii competit; ac proinde partim Eccle-

sasticum est & partim Laicale est. Gonzalez *cit. Gloss. 18. n. 7.* cuiusmodi ius patronatûs si laici non ex privilegio vel præscriptione, sed ex fundatione, donatione, constructione competat, & præsentationes ab his & Ecclesiasticis simul, & non minore numero votorum seu suffragiorum laicalium fiant, sub Sedis Apostolicæ reservationem non cadere, *Tit. 5. n. 133.* est dictum. Si verò ex conventionione Ecclesiasticus & laicus unus vel plures præsentent vicibus æternis, quòd fieri posse & non inconveniens esse, loquetur ex *Clement. cit. §. Ut factum:* inquam, hoc fiat, in turno Ecclesiasticum Ecclesiasticum, & in turno laicè Laicale ceteri, cum Joan. Andr. volunt *cit. Garcias n. 614.* & Barthol. *Juris Eccles. Lib. 3. cap. 12. n. 17.* Ubi

Inferunt casu, quòd in turno Ecclesiastici beneficii mense Apostolice, licet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris aut Novembris vacaret, beneficium reservari Papæ, illiusque provisione consumi turno Ecclesiastici patroni; ne tali reservatione præjudicium laico fiat: licet aliàs, quando duorum Patronorum Ecclesiasticorum v. g. Episcopi & Capituli alternativè præsentantur turno uterque reservationi obnoxius est, per provisiones Apostolicas turno non consumantur: idque à Rota fit decisum, teste *cit. Gonzalez Gloss. 45. §. 1. n. 21.*

Alterâ partitione Patronatûs ius illud dicitur Hæreditarium & aliud Familiare. Hæreditarium vocatur, quòd ad hæredes quoscumque etiam extraneos transit. Familiare autem sive, ut etiam nuncupatur, Gentilitium est, quòd ad eos duntaxat transit, qui sunt de familia fundatoris aut alicuius personæ ab eo nominata, sive ad illius aut illius cognatos vel solos agnatos, *Lottetius Lib. 2. de Benefic. q. 11. n. 13. §. 19.* & Barthol. *cit. cap. 12. à n. 20.* Quod si ex fratre datur

datoris voluntate in illo solum succedant, qui de familia simul & haeredes sunt, & ad id neque descendentes, qui non simul haeredes sunt, neque extraneus admittatur, Juspatronatûs ex Familiari & Hæreditario Mixtû, vocat Lotterius *q. cit. n. 41.*

In dubio, patronatûs ius Hæreditariû, & ad quoscunque etiam extraneos potius quàm sanguinis tantùm haeredes transitorius ac Gentilitium esse, præsumitur, ut cum Innocent. *ad hanc Rubric. n. 4.* Panormit. *in c. Cùm seculum* 13, n. 5. & Anchorano *in Clement. Plurim. n. 7.* tradunt *cit.* Lotterius *à n. 19.* & Barbosa *à n. 21.* Ratio est; quia in dubio præsumitur id, quod frequentius contingit, *arg. e. Ex parte* 18. *de Censibus*, Baldus *in Rubr. C. de Fide Instrum. n. 8.* & Menoch. *Lib. 6. præsumpt. 14. n. 18.* frequentius autem & ordinariè ius patronatûs Hæreditarium potius quàm Gentilitium esse solet. Hæc tamen præsumptio cessat aut eliditur & Patronatûs ius Gentilitium esse intelligitur, si in præsentationibus semper familiæ aut descendentiæ, nunquam verò hæreditariæ qualitatis mentio facta sit, vel si centum annorum spatîo clericos ad Ecclesiam vel beneficium nunquam extraneus, sed semper descendentes præsentârunt, ut Rotæ decisi allegatâ observat *cit.* Barbosa *n. 23.* subiciens, eûm assertæ qualitatis Gentilitiæ fides faciendâ est, leviores probationes admitti.

Tertiâ & frequenti usu recepta iuris patronatûs partitio est in Personale ac Reale, sive, ut etiam vocant, Principale & Accessorium, Garcias *p. 1. de Benefic. cap. 9. n. 16.* & Barbosa *de Offic. & potest. Episc. alleg. 71. n. 8.* Personale sive Principale dicunt, quod uni vel pluribus Ecclesiæ vel beneficii fundatoribus aut aliis eorûmque haeredibus & successoribus; aut etiam Ecclesiæ, Mo-

nasterio, dignitati &c. istaq; obtinentibus, competit, independenter à re aliqua temporali vel hujusmodi rerum ac jurium universitate. Reale verò sive accessorium, quod annexum est & accessorie adheret rei temporali, sive hujusmodi rerum juriumque universitati, v. g. castro, villæ, prædio, domui: & cum tali re in consequentiam ad quemcunque, tam secularem quàm Ecclesiasticum possessorem jurispatronatûs capacem transit.

Dubium hœc locò est, an jus Patronatûs sit temporale vel spirituale. Merè temporale esse suadetur eâ ratione; quod tam fundatio, constructio, dotatio, per quos actus acquiritur, quàm præcedentiæ in processionibus, pensionem in fundatione reservatam & alimentâ in necessitate percipiendi, atque etiam in clericum idoneum inquirendi, eûmque Episcopo offerendi jura, sicut & obligatio defendendi Ecclesiam & ad ejus reparationem concurrendi, in quibus jus Patronatûs consistit, nihil sint spirituale. Contrâ id merè spirituale esse, cum Glossa *in c. Prævea 9. de Transact.* asserit Suarez *Tom. 1. de Relig. Lib. 4. de Simonia, cap. 28. n. 7.* quod ab Ecclesiastica & spirituali potestate institutum sit: & præsentatio, quæ præcipuus ejus est actus, tendat ad aliquid spirituale, scilicet ad beneficium Ecclesiasticum & jurisdictionem administrationemque spirituales.

Inter has, extremè oppositas, mediâ viam cum S. Thoma *2. 2. q. 100. art. 2.* tenent Vivianus *Præxi Juris Patronatûs Lib. 1. cap. 2. n. 4.* & Barbosa *in c. Quando 3. de Judiciis n. 5.* & *in Selectis n. 6.* asserentes, jus illud neque merè temporale, neque omnino spirituale esse, propter rationes pro utraque Opiniõne allatas: sed spiritualibus annexum. Desumunt id partim ex *c. Quando cit. &*

Z z z z

e. De



c. De jure 16. verbis, Quod jus patronatûs est spiritali annexum; partim ex ratione; quod, sicut calices, patenæ aliæque ejusmodi paramenta tanquam præparatoria ad Divina Mytheria ordinantur, sic ipsum tanquam præparatorium respiciat & ordinetur ad ipsam institutionem spiritualis officii Ministrorum in Ecclesiis & beneficiis; ac proinde, sicut propter ejusmodi præparationem calices, patenæ &c. can. Vestimenta 42. can. Vasa 44. Sc. de Consecrat. dist. 1. sic propter eandem etiam Patronatûs jus spiritalibus antecederet annexum sit censendum, ut Lotterius de Re Benefic. Lib. 2. cap. 9. pluribus ostendit.

## ARTICULUS II.

De Origine & Causis  
Juris Patronatûs.

## SUMMARIUM.

22. Jus hoc initiò competebat solis Episcopis & clericis:
23. Postea id fideles alii obtinuerunt,
24. Ecclesiarum fundacione, constructione, dotacione;
25. Imò & readificacione novaque dotis assignacione;
26. Non tamen solâ illarum jam dotarum dacione;
27. Et aliter in non-Collegiatis,
28. Quàm in Collegiatis Ecclesiis;
29. Ad quas celebrata electioni patronus solùm assensum præstat.
30. Post communem sive Capitularem electionem jgn factam,
31. Et ante confirmationem.
32. Seclusò tamen Jure speciali;
33. Jus patronatûs primùm acquiritur Ecclesiâ jam constructâ,

34. Aut ejus saltem constructione imbroatâ.
35. Ejusdem Ecclesie esse patroni plures,
36. Et plures voces in presentacione ad eam unus habere potest.
37. Ad Ecclesie erectionem exiguntur consensus Ordinarii,
38. Episcopi, vel alterius habentis jurisdictionem quasi-Episcopalem,
39. Eam sine dote constru non permittentis.
40. Jus patronatûs acquiritur servacione;
41. Licet sine ista Penso non acquiratur.

**P**rimis Ecclesie temporibus ad quintum seculum in Ecclesiis clericos Episcopi constituebant, can. Decernimus 3. can. Novimus 6. Sc. 10. q. 1. can. Omnes Basilica 10. Sc. 16. q. 7.

Postea ad excitandum, quod in Ecclesiis refrigerare videbatur, parum fundationum studium, Episcopi præsumunt, qui in alienis diocesis Ecclesias excitaverunt, in eis clericos constituendi jus concessum est in Concilio Aragonico can. 10. Sc. can. Si quis Episcoporum 16. q. 2. & ab his demum portectum est ad clericos alios, & ipsos etiam laicos: quibus, si Oratoria privata pro se & familiaribus, si Oratoria publica, & Ecclesias fundarent, construerent, dotarent, aut beneficia Ecclesiastica erigerent, clericos Divinorum in iis admittentes Episcopis presentandi, aliisque patronatûs jura (sive potius gratia, ut à rectoribus Concilio can. 10. Sc. can. Si quis civ. vocantur) indulta sunt, can. Pius mentis 26. can. Frigentius 27. can. Filius 31. can. Decernimus 32. Sc. 16. q. 7. Sc. Nihil 25. hâc Rubr. ut eruditè explicat Goussier in c. Præerea 4. n. 5. Unde Hodie Patronatûs jus oritur ex tribus causis.

bus causis, Fundatione, c. *Proposuit* 6. de *Filiis Presby. can. Decernimus* cit. c. *Quoniam* 3. junctâ Glossâ *V. Fundatores* & c. *Nobis* cit. Constructione, c. cit. & *can. Monasterium*, 16. q. 7. & Dotatione Ecclesiæ vel beneficii Ecclesiastici, *can. Filius* cit. & c. *Ad audientiam* 3. de *Ecclesi. adif.* juxta vulgatum illud Glossæ in *can. Pias* cit. *V. eodem.*

*Patronum faciunt dos, adificatio, fundus.*

Ecclesiam fundare, voce hâc strictè acceptâ, dicitur, qui dat fundum sive solum, in quo illa est construenda, *can. Decernimus* cit. & *can. Abbatem* 4. ibi, *Possessio Dominus*, 18. q. 2. *Servitùe*, inquam; quia in latiori & usitata etiam significatione Ecclesiam fundasse dicuntur, qui eam construxerunt, ut ex c. *Nos quidem* 3. de *Testament.* colligit Rochus de *Curte de Jure Patronat. V. Fundavit*, q. 1.

Construere is, cujus nomine & sumptibus Ecclesia adificatur, aut penitus collapsa vel diruta reedificatur, Glossa in c. *Quoniam* cit. *V. Fundatores*: non fabrici & similes, qui illi construendæ operam locant; cum enim isti laboris sui mercedem recipiant, æquum est; ut non ipsi, sed qui hanc dant, consequantur jus patronatûs, ut *arg. Reg. Qui facit* 72. in 6. & l. *Aded* 7. §. 7. ff. de *Acquir. rer. dom.* tradit idem Rochus *V. Construxit. quest.* 1.

Dotare demum is, qui pro Ecclesiæ construendæ aut jam constructæ necessariis usibus ejusque ministrorum sustentatione sufficientes redditus annuos assignat, *can. Filius* cit.

25. Casu tamen, quò Ecclesia penitus diruta cum consensu Episcopi reedificatur, aut post primam dotem omnino amissam de novo dotatur ab alio, jus patronatûs non recuperatur ab eo, qui id antè habuit ex sola constructione vel dotatio-

ne: sed ex his causis illi soli competit, qui eam cum consensu Episcopi à fundamentis etiam ex iisdem lapidibus reedificavit, vel novâ dote instruxit, Fagnanus in c. *Quoniam* cit. n. 5. & 59. Ratio de primo adificante ac dotante est; quia per omnimodam destructionem Ecclesiæ & dotis interitum jus patronatûs est amissum, Hostiens. in c. cit. n. 3. & Joan. Andr. n. 12. obligatio autem & jus semel extincta in perpetuum non reviviscunt, l. *Qui res* 98. §. 8. ff. de *Solutio.* De reedificante & novam dotem conferente; quia penitus destructam & dote omnino carentem reedificare & novâ dote instruere non minus est, quàm eam construere & dotare ab initio, Fagnanus l. cit. Æquum tamen omnino est; ut Episcopus, antequam in reedificationem vel novam dotationem ab alio faciendam consentiat, ea de re admoneat antiquum Ecclesiæ patronum, eumque idem præstare volentem præ quovis extraneo admittat, ut *arg. c. fin. de Locato* rectè advertit idem *Interpres* n. 57. Ex hæcenus dictis

Dubium oritur primò, an patronatûs

26. jus etiam acquiratur Ecclesiæ vel capellæ jam dotatæ ditatione sive assignatò dotis augmentò. Affirmat id Azor p. 2.

*Instit. Lib. 6. cap. 19. q. 5.* Negant autem Zerola *Prax. Episc. p. 2. V. Jus patronatûs*, §. 2. & Gonzalez *ad Reg. 8. gloss. 28. n. 53.* ad juris illius acquisitionem exposcentes; ut Ecclesia vel capella de novo dotetur; ut, qui patronatûs jus ex dotatione de novo factâ præterdit, docere teneatur, primam dotem fuisse redactam de esse ad non esse; quod beneficii vel Ecclesiæ etiam tenui, sufficiente tamen, dote jam instructæ redditus dotatione vel legato factâ bonorum largitione augens, illius non dotator, sed benefactor tantum sit: & talis etiam reputetur, qui Ecclesiæ vel beneficio non dotato dotem insufficientem

Z z z z

cientem

cientem etiam cum Episcopi consensu assignat; quod dotis insufficientis assignatione Ecclesia verè dotata non intelligatur, ut cum *cit.* Rocho V. *Dotavit, q. 9.* tradunt *Garcias de Benef. p. 1. cap. 9. n. 53.* & *Palao Traët. 13. disp. 2. p. 2. n. 6.*

Neque in contrarium facit; quod ad Ecclesiam vel beneficii dotationem cum aliis concurrens patronatus jus acquirat: licet id, quod confert, non sufficiat ad dotationem; quia ex quo sufficientem dotem assignat cum aliis, ratione communionis & societatis cum illis sufficientem dotem simul contribuentibus, cum ipsis admittitur ad Patronatum, *Panormit. in c. Ad audientiam 3. de Eccles. adific. n. 4. cit.* Rochus *q. 12.* & *Palao n. 6.*

27. Dubium secundo est, an cujuscunque Ecclesie fundatione, constructione, dotatione acquiratur jus patronatus. Sunt enim Ecclesie quaedam Collegiatae, aliae non-Collegiatae. Collegiatae sive Conventuales dicuntur, in quibus plures & secundum communem DD. sententiam ab initio tres saltem clerici, seculares aut Regulares, commune sigillum habentes, ut fratres constituunt unum Collegium seu congregationem, vel potius tanquam caput & membra unum corpus Ecclesiasticum, cujus caput est Praelatus, de jure communi à Collegio & ferè de Collegio eligendus. Non-Collegiatae sive non-Conventuales vocantur, quibus unus vel etiam plures, diversis officiis ac ministeriis deputati & uni etiam Rectori subiecti deserviunt; quin efficiant unum Collegium sive corpus, cujus caput sit Praelatus ab ipsis eligendus, *Laiman in c. 1. de Elect. n. 6.* Quod praemissis

Dubitationis propositae Resolutio certa est, non-Collegiatae Ecclesiae fundatione, constructione, dotatione in ea, uti & in beneficiis hujusmodi Ecclesiis similibus, patronatus jus non solum quoad hono-

rem sive praerogantiam, onus, jusque alimentum & aliquando pensionem percipiendi, sed etiam quoad jus Rectorem aut alios beneficiatos ad eas vacantes praestandi acquiri: & contra fundatione, constructione, dotatione alicujus Ecclesiae Collegiatae, in ea jus patronatus ipsis quoque clericis, multoque magis laicis, quoad honorem tantum similesque electus infra declarandos: non etiam quoad praesentationem sive nominationem Praelati acquiri, decisum est *c. Nobis 23. de elec. tradunt Hostiens. n. 2. Panormit. n. 1. Barbosa n. 3. Fagnan. n. 14. & Puteus de c. 366. & de c. 370. utrobique n. 6. quidem; ut, si Ecclesia non-Collegiata cum patroni consensu convertatur in Collegiata, ab eo amittatur jus praesentandi, quod ex illius fundatione, constructione, dotatione antè obtinebat, *Hostiens. l. 1. & aliis allegatis Lamberini. Lib. 2. de jure patronat. p. 1. q. 5. n. 8.**

Quantumvis autem in tali Ecclesia Praelatum praestandi, eumve simul cum clericis eligendi jus à fundatore laico sibi suisque successoribus reservari nequeat, *can. 1. de elec. 63. c. Sicut 28. & c. Sacrosancta 51. de Elect. reservari tamen ab eo, interveniente Episcopi auctoritate, potest, jus, electioni Praelati sibi intimatae praestandi assensum, arg. *c. Nobis cit.* pro cuius percelebris textus declaratione.*

Dubium tertio est, quando à patrono requirendus ac praestandus sit consensus in electionem Praelati Ecclesiae Collegiatae. Et eum quidem non ante, sed post factam electionem requirendum ac praestandum perpicue habetur ipso *c. cit.* ubi relatus Clemens III. *In Conventuali*, inquit, *Ecclesia non electioni Praelati sacrosanctae, sed jam facta benevolentia praestatur assensu.* Consonant *c. Cuius terra 14. de c. Sacrosancta cit. de Elect.* quorum Praelati *Celestinus III. ait, Quò factò, id est, electione*

ctione perfecta, non prohibemus, quin Regia requiratur assensus: posteriori Gregorius IX. Prioris Ordinationem, per Conventus electionem factam denuntiari jubet patrono; ut suum, si volueris, honestum imperiatur assensum.

Quando autem electio facta intelligatur, dubitandi ratio est; quod ea fieri videatur ipso scrutinio votorum; cum in isto electores, verbis vel scripto sive per schedulam votum suum exprimentes, ut soleant verbo *Eligo*; ac proinde electio facta iam videatur, cum publicatio scrutinio & collatione facta in aliquem omnium vel majoris partis Capituli suffragia collata esse, apparet; ut actus publicationem & collationem illam subsequens, quod electorum unus personam, in quam ejusmodi vota collata sunt, omnium vel majoris partis nomine eligit, publicatio electionis potius quam ipsa Capituli electio sit.

30. Sed rationi huic aperte adversatur ac pravalet decisio Juris & c. *Quia propter qd. pr. de Elect.* verba, *Ut is collatione habita eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars Capituli consensit*, quibus exprimitur solennis & verbalis Capituli electio, illiusque actus clarè distinguitur ab actu publicationis: quam post electionem iam factam sequi, planè liquet ex c. *cit. §. fm.* quò præcipitur; *Ut quam cito electio fuerit celebrata, solenniter publicetur*; ut ad eò totius Capituli vel majoris partis nomine ab uno facta communis ac verbalis electio ipsum Canonicæ electionis actum constituat & consummet, atque ante eam electio facta non intelligatur. Idem desumitur ex c. *Ecclesia 48. Rubr. cit.* ubi, quod ab electoribus actum est, à Papa cassatum sive cassum & irritum declaratum est ex ratione; *Quòd post publicationem consensuum seu votorum & collationis tractatum ad electionem,*

communem ac verbalem omnium nomine faciendam, nullus habitus sit processus, *Glosa in c. cit. V. Cassavimus ubi Panormit. n. 3. Imola n. 3. & Laiman num. 4.* Ratio solida est; quia electio communis & verbalis omnium nomine facta est substantialia constitutum Canonicæ electionis Prælati, *citr. c. Ecclesia 60. Quia propter*, ibi, *Aliiter electio facta non valeat*, ut in hunc textum cum *Glosa V. Senior* notant Joan. Andr. n. 28. Panormit. n. 16. Laiman n. 9. Fagnanus n. 59. Suarez Tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. n. 24. Passerin. de Elect. cap. 19. n. 20. Donatus Prax. Regular. Tom. 2. p. 1. tract. 1. q. 17. n. 20. & quotquot alii electionis Substantialia recensent. Cùm ergo electio facta & quilibet alius actus gestus non intelligatur, antequam posita sint omnia ejus substantiæ constitutiva, arg. *can. Animadvertendum, 22. q. 2. can. fm. dist. 5. de Pœnit. 61. Cùm hi §. 17. in fine, ff. de Transact.* ante electionem illam communem & verbalem facta electio non intelligitur.

Neque eam antè & cùm in aliquem omnium vel majoris partis Capituli vota conspirasse apparet, factam jam esse, evincit usus verbi *Eligo*; quia istò non fit ipsa electio: sed solummodo ab electoribus singulis exprimitur desiderium suum ac votum, designaturque persona, de qua à Capitulo electionem celebrari velint; ut eorum suffragatio substantialia præparatorium tantum sit ac via, per quam ad veram & propriè dictam electionem, scilicet ab electorum uno totius Capituli nomine faciendam, pervenitur, *citr. Suarez n. 24. Passerin. n. 20. & Tamburin. de Jure Abbat. Tom. 1. dist. 5. cap. 6. n. 17.* Unde

Consecutaneum est, patroni in electionem consensum de Jure non statim, postquam facta collatione in aliquem omnium vel majoris ac sanioris partis Capituli

pituli suffragia directa, apparet: sed, Capitulari siue communi & verbali illa electione peracta, requirendum ac præstandum. Quod ulterius confirmatur; quia Capitularis & communis ista electio faciendâ est illico post votorum collationem, nullò extraneo actu interposito, *citt. Glossa V. Senior Panormit. n. 16. & Fagnan. n. 60. id defuentes ex dictione Mox præmissa c. Quia propter cit. & ex 6. Cùm post petitam 40. de Elect. ubi concordibus suffragiis celebrata electio ideo solum cassata fuit; quòd Post publicationem consensuum, seu votorum, & collationis tractatum aliquamdiu protrahita: & non statim ad communem electionem processum, sed alius actus fuerit interjectus, Glossa ibi V. Protractam, Panormit. n. 2. Vivianus pr. & Laiman n. 2. Unde manifestum est, requisitionem & præstationem, consensûs patroni præmitti de Jure non posse communi electioni, sed hanc factam (ante solennem tamen ejus publicationem, confirmationem, & possessionis apprehensionem,) subsequi debere, præsertim si consensus requirendus ac præstandus sit à patrono laico; ne electio per secularis potestatis abusum facta videatur, & ipso Jure nulla evadat, c. Quinquaginta 43. de Elect. ut ibi notant Glossa V. Abusum, Panormit. n. 4. Laiman n. 2. Barbosa n. 2. & cit. Passerin. cap. 8. n. 5.*

32. Dixi, De Jure, subaudi, Communis; propter c. Nobis cit. verba, Nisi aliter de sua jurisdictione obtineat; ut partes suas interponere debeat electioni tractanda; cùm enim speciali jure privilegii Apostolici laicus valeat eligere, juxta dicta Lib. 1. tit. 6. n. 48. electioni non solum facta, sed etiam, ut ante communem & capitularem est, faciendâ assensum præstari ab eo posse, certum est, si id privilegii tenore exprimitur adeò; ut talis electio per secularis potestatis abusum facta non cen-

featur, Glossa in c. cit. V. Nisi aliter & ibi Panormit. n. 9. Quantumvis etiam ex communi DD. sensu consuetudini seu potius præscriptioni immemoriali hæc in re locus non sit: patronus tamen consentit sui præstationem in Prælati electionem, etiam faciendam, licite continat, si ipse ejusque majores, privilegii aliquando obtenti constante fama suffulti, illum non præstare bonâ fide uniformiter & sine interruptione soliti sint tanto tempore, cujus initii memoria non existit, per tractat. Lib. 1. Tit. 4. à n. 53. & Tit. 6. n. 47.

Dubium tertio est, an, ut quis obediens neque jus patronatus, requiratur; ut Ecclesia ab ipso solo sit fundata constructa & dotata. Ratio dubitandi oritur ex Concilio Tridentino Sess. 14. cap. 12. de Ref. id ei concedente, qui Ecclesiam fundavit & construxerit copulative: contra vero Sess. 25. cap. 9. de Ref. patronatum Fundatione vel donatione acquisit, altere disjunctive: quorum decretorum conciliatio ut clarior sit

Censeo imprimis, jus patronatus neque ab uno neque à pluribus acquisit, nisi fundatio, constructio & dotatio simul concurrant; quia patronus non dicitur quis, nisi respectu Ecclesie in esse jam perfectè deductæ: in esse autem perfectè deductæ, ut Rectorem habere queat, Ecclesia non censetur, nisi cum fundatione & constructione etiam dotatio concurrat, Panormit. Consil. 106. n. 2. & Fagnanus c. Quoniam cit. n. 26. & 48.

Etiamsi autem hoc ita sit quoad jus patronatus exercitium, ut v. g. prædicatum est; cùm illa & clerici præsentati institutio utique sequi debeant Ecclesie vel collata perfectionem, juxta illud Alexandri III. Tu facias idem opus, Ecclesie constructionem, ad perfectionem deduci & virtutum bonum insituere non omittas, c. Ad obedientiam cit. in fine: nihil tamen impeditur

dit aut vetat, quod minus patronus quis esse jam incipiat ac dicatur, ex quo in fundo ab ipso collato Ecclesia vel capella cum Ordinarii diocesani consensu construi jam cepit; cum, licet ædificium primum inchoatum Ecclesia vel capella necdum sit ac dici possit, locus tamen Religiosus jam sit, ex quo cum Ordinarii, crucem in eo designantis & aream designantis, consensu extrui cepit, *can. Nemo 9. dist. 1. de Consecrat.* Quin ab eo jam tempore, quò Episcopali autoritate accedente ad Ecclesiam vel capellam fundandam construendamque & sumptus in constructionem dotemque conferendos, patronatus jure reservatò, firmam obligationem in se suscepit, patronum quem dici posse, cum Lambert. *Lib. 1. de Jure patronat. p. 1. q. 4. art. 10. n. 4.* voluit Garcias, *cit. cap. 9. à n. 45.* & Lotter. *de Benef. Lib. 2. q. 14. n. 1.* quòd ipsa fundi & sumptuum promissio susceptaque ejusmodi obligatio pro actu jam perfecto & consummato haberi in fundatore possit, Felinus in *c. Cum aded 7. de Rescript. num. 2.*

35. Deinde cenfeo, prædictis tribus concurrentibus sive Ecclesiæ in esse jam perfecte constitutæ patronum effici etiam eum, à quo illa fundata vel constructa vel dotata tantum est disjunctivè; ut clericum ad eam præsentandi jus ex singulis ejusmodi titulis tribus diversis competat in solidum, ut cum *cit. Lambertino Lib. 1. p. 1. q. 3. art. 5. n. 1.* hunc communem omnium sensum esse asserente, tradunt *cit. Fagnanus n. 49. & Vivianus Lib. 2. de Jure Patronat. cap. 5. n. 2.* propter textum *can. Filii, c. Nobis & c. cit.* & præsertim *cit. cap. 9. Tridentini*, tres illos jus patronatus acquirendi modos tanquam diversos alternativè & disjunctivè referentes. Unde *c. sp. 12. cit. dictio Et disjunctivum*, non copulativum sensum

habet, *arg. l. Sape 53. pr. ff. de V. S. Barbola in cap. 12. cit. n. 3. & 6.*

Imò non terni duntaxat, sed plures ejusdem Ecclesiæ patroni esse possunt, *vg. 36.* si illam duo fundent, duo construant & totidem alii dotent; hoc enim casu ad clericum præsentationem omnes æqualiter concurrunt, Hostien. in *Summab. n. 7. & Rochus de Curie V. Dotavit. q. 11. n. 9.* Non ita, si Ecclesiam unus fundet simul & construat, alius verò solummodo dotet; hoc enim casu ille duas, iste verò unam duntaxat vocem habebit in præsentando: imò, si unus fundet & construat, dotem verò conferant alii duo vel tres, ille solus duas, isti verò duo vel tres simul unam tantum vocem habebunt, ut eruditè ostendit Lambertin. *Lib. 1. p. 1. q. 3. art. 8. n. 10 & 13.* Pro ratione reddit notabilem Maximam, in *c. Cum olim 12. de Sent. & re judic.* traditam à Joan. Andr. Panormit. *n. 2. & Felino n. 1.* dicere solitis, duas voces competere personæ, in qua concurrunt duæ causæ sive duo jura, quorum quodlibet vocis dandæ jus producit. Cum ergo in fundante simul & construente duæ ejusmodi causæ, scilicet fundatio & constructio, concurrant: in uno verò aut etiam pluribus dotem solum Ecclesiæ assignantibus ejusmodi causa unica duntaxat, scilicet dotatio detur, ille duorum, isti verò unius tantum jure censebuntur: & vocem ille solus duplicem, isti verò simul unicam tantum habebunt.

Neque obstat; quòd, etiam si ex pluribus Ecclesiam construentibus unus tres ejus angulos, alius verò solummodo unum construat: aut dotis, ille duas, iste verò unam tantum partem conferant, uterque ad præsentationem ratione dotationis, vel constructionis faciendam unâ voce simul concurrant; quia latum discrimen inter hunc & priorem casum intercedit; priori enim in eodem construente si-

A a a a

ente si-

ente simul & fundante duo jura sive causa vocis jus producentes concurrunt: in isto autem unica ejusmodi causa, scilicet constructio vel dotatio sola reperitur. Unde mirum non est; quod ad presentationem, ratione solius v.g. dotationis faciendam, unam tantum vocem habeant singuli: licet ex ipsis, qui plus contulit, habeat pinguiorem, eo saltem casu, quod gratificationis locus est, preferendam, Lambertin. cit. art. 8. n. 11. § 13.

37. Dubium quartum est, an Jus patronatus acquiratur fundatione, constructione & dotatione Ecclesie, facta privata auctoritate. Quod cum Ant. de Butrio in c. Nobis cit. n. 15. & Lambertino Lib. 8 p. 1. q. 2. art. 6. passim negant DD. ad id Episcopi aut alterius Ordinarii consensum prævium, aut saltem fundationi, constructioni & dotationi jam facta supervenientem ejus ratificationem exigentes, & ducti c. Nobis cit. verbis, *Cum assensu Diocesani*. Ratio est partim; quod constructio Ecclesie sine ejus auctoritate nequeat attentari, per can. Nemo 9. de Consec. dist. 1. c. Adhuc 4. de Relig. domib. & Novell. Justiniani 67. Ut nullus fabricet Oratorii domos prater voluntatem Episcopi: & constructa nomen Ecclesie non mereatur, sed tanquam prophanum aedificium destrui possit, can. Placuit 26. dist. cit. § c. Cum olim 14. V. Insuper, de Privileg. partim verò; quod Ecclesie intersit, ac proinde Ordinarius, cujus jurisdictioni subest, can. Omnes Basilica, 16. q. 7. § c. Constitutus 6. de Relig. domib. nosse debeat, cujus patroni servituti Ecclesia vel beneficium subjiatur, Barbosa de Offic. Episc. alleg. 70. n. 20.

38. Nomine Ordinarii, cujus auctoritas seu consensus Ecclesie vel beneficii fundatori, ad jus patronatus ex fundatione, constructione, dotatione stabiliter adquirendum, necessarius est, venit Episcopus

& quilibet praelatus, quasi Episcopus, si in loco consuetudine vel privilegio obtinens in loco constructura Ecclesie vel capelle aut beneficii erigendi; quia consensus ille actus est jurisdictionis verè aut quasi-Episcopalis, qualem aliquando in certo territorio inique istius populum & clerum obtinent Abbates & sede Episcopali vacante, Capitulum Cathedralis, cit. Garcias n. 77. & Barbosa de Offic. Episc. alleg. 70. n. 20. Non etiam Vicarius Episcopi generalis sine mandato speciali; quia patronatus servitus quaedam est Ecclesie vel beneficii, quam his imponendi potestas sine speciali commissione Vicarius Episcopi generalis caret, cit. Zerola p. 1. §. Vicarius n. 13. Garcias n. 75. & Barbosa n. 17. in hanc rem allegantes Rotæ decisiones. Quod si Ordinarius requisitus contentum præstare absque justa causa recuset, ad ipsius superiorem Metropolitanum vel Primatem aut, si Ordinarius exemptus sit ad Papam, à quo compellatur, recurrendum, cum Panormit. in c. Nollus 17. n. 1. & aliis monet cit. Barbosa n. 26. cum, quando unius consensus in gratiam & honorem alterius requiritur, & huic illius legitima causa denegatur, adici superius, ab eoque peti possit; ut causam denegationis examinet & si justam non esse cognoverit, illum ad consensum præstantem compellat, Menoch. de Arbitr. casu 21. d. n. 6. & cit. Gonzalez gloss. 47. n. 37.

Priusquam autem in Ecclesia vel capella constructionem vel erectionem beneficium Ordinarius præstet, inquirere ex officio debet non solum in hoc, in quo illa construenda, vel hoc erigendum est: sed etiam in dote, an congrua & sufficiens stabilisque sit; nec si in Ecclesie constructionem sine congrua dote consensum temere præstet, episcopus defectum supplere fundator non possit, aut non velit, de suo illam dotare ipse cogatur.

neatur, e. *Cum sicut* 8. de *Consecrat. Ec-*  
*cles. vel altar. citr. Lambertin. Lib. 5. p.*  
*1. q. 5. art. 10. & Barbofa de Offic. Episc.*  
*alleg. 70. n. 29.*

40. Dubium quintò est, an, ut Patrona-  
tûs jus acquiratur, necessaria sit ejus refer-  
vatio in Ecclesiæ fundatione &c. Affir-  
mat id quidem Paul. de *Citadinis de Jure*  
*Patronat. p. 3. §. Secunda, n. 13.* & suadet  
praxis Fundatorum, id sibi expressè re-  
servantium in Ecclesiarum vel beneficio-  
rum Ecclesiasticorum fundatione & ere-  
ctione, non obscurò indicio, id sine ex-  
pressâ reservatione non acquiri; cum,  
quod tacite inest, frustra exprimitur, *l.*  
*Verba 12. ff. de Condit. instit.* Sed hoc  
leve est; cum, quæ ita insunt, sæpe ex-  
primi soleant ad majorem cautelam; sic  
enim, licet emptori de evictione vendi-  
tor teneatur ex indubitata dispositione  
Juris, *l. Non dubitatur 6. C. de Evictio-*  
*nibus*, id tamen instrumentis venditio-  
num inferi passim solet. Quare alio-  
rum &c. teste, Garcia *p. 5. de Benef. cap. 9.*  
*n. 62.* communissima doctrina est, à  
Fidelibus Ecclesias cum consensu Ordina-  
rii constituentibus aut ad eas fundum vel  
dotem contribuentibus Patronatum ex  
dispositione Juris acquiri, etiamsi hunc  
sibi expressè non referrent: dummodo  
etiam illum actu aliquò contrariò non  
remittant.

41. Aliter res se habet, si fundator Pen-  
sionem aut aliud simile onus prætenderet  
ab Ecclesia, à se aut majoribus suis fun-  
data; his enim Ecclesia & beneficia on-  
erari non posse, nisi in limine funda-  
tionis cum consensu Episcopi expressè  
referrentur, explorati Juris est, & in  
*c. Præterea 23.* notant Panormit. & Bar-  
bofa uterque *n. 4.*



### ARTICULUS III. De Personis, quibus competit Jus Patrona- tûs.

#### SUMMARIUM.

42. *Obtinere hoc jus potest Laicus;*
43. *Non etiam Paganus vel Judeus.*
44. *Neque etiam Hæreticus, saltem de*  
*Jure scripto.*
45. *Excommunicatus Patronatum non*  
*amittit.*
46. *Valide etiam sunt ejus presentatio-*  
*nes:*
47. *Eis debeant aut valeant repelli.*
48. *Patroni Infantis locò tutor.*
49. *Isòque auctore Impubes;*
50. *Minor tamen sine curatore presen-*  
*tat.*
51. *Femina quoque capax est juris Pa-*  
*tronatûs:*
52. *Quod obrinens uxor ipsa clericum*  
*presentat;*
53. *Etiam ratione Patronatûs, annexâ*  
*villæ, castro &c.*
54. *Nisi hæc in dotem data sint marito.*
55. *Patronatum bonâ fide possidentâ*  
*presentatio,*
56. *Etiam post licentiam super proprietate*  
*motam, competit:*
57. *Ut ab eo presentatus sit instituen-*  
*du.*
58. *Villæ, cui ille annexus est, Conductor*  
*ad longum,*
59. *Et ad modicum etiam tempus præ-*  
*sentat;*
60. *Eadèmq; ratio est Sequestri.*

**J**uris patronatûs, ut dictum, capaces 42.  
sunt non solum personæ & Colle-  
gia Ecclesiastica, sed laici quoque:  
A a a a a a neque



neq; mares duntaxat, sed & foeminae, *can. Quoniam, 16. q. 7. c. fin. de Concess. Praebend. & c. Ex literis 7. hinc Rubr.* etiam si haec & illi illegitimi, imò etiam spurii sint; quia etiam hi, à Jure excepti non reperiuntur, & possidere possunt castra, villas & alia loca, Patronatum habentia annexum: Ecclesias & Ecclesiastica beneficia fundare &c. quod facientibus sacri Canonibus patronatus jus generaliter & indistinctè indulsit, Rochus de Jure Patronat. V. Competens, q. 2. & Azor p. 2. Institut. lib. 6. cap. 21. q. 15.

Neque obstat; quòd laici capaces non sint juris eligendi, *c. Sacrosancta 51. c. Massana 56. &c. de Electione*; quia inter hoc &, patronatus jus lata disparitas est; quia imprimis illud, tanquam proxima dispositio ad finem spiritualem, simpliciter spirituale: hoc verò, tanquam dispositio ad eum solum remota, spiritualibus solummodo annexum est, juxta dicta n. 21. Deinde; quia vi illius facta electio jus ad Praelaturam electo: contra verò istius vi à laico facta praesentatione absolutum & determinatum jus ad Ecclesiam vel beneficium non acquiritur praesentato, *arg. c. Quod autem 5. c. Cum autem 24. &c. &*, quando patronatus jus Ecclesiasticum est penes Collegium, post capitularem istius consensum in unius praesentationem, priusquam ista superiori oblata sit, ab ea recedi & praesentari alius potest, Laiman de Praelat. Elect. q. 4. Demum; quia laici juris patronatus capaces redditi sunt speciali gratia Ecclesiae, id ipsis concedentis vel, ut *c. Quoniam 3.* dicitur, in eo ipsos sustinentis; ut ad Ecclesias & beneficia Ecclesiastica fundanda dotandaque essent proniores, ut *in cit. c.* tradunt Panormit. p. 2. & Fagnanus à n. 4.

Dubium tamen de variis generibus personarum est, an capaces sint juris pa-

tronatus vel, an hoc ipsis potius, quam aliis competat.

Et primò quidem de Paganis & Judaeis dubitandi ratio est; quòd fundare, construere & dotare valeant Ecclesias, & acquirere castra & loca alia, annexum habentia jus patronatus. Sed huic praevalet Jus & istius etiam ratio id, de quo agimus, patronatus jus ipsis negandum persuadens; cum, ut infinitum jam est, id competat gratia Ecclesiae, à qua ipsi capaces redditi sunt soli Christiani, *can. Pie 26. ibi, Qui omni Christiano debetur, can. Frigentius 27. junctà Glossa 7. Quia Christianis & can. Quicumque Fidei 30. &c. 16. q. 7.* Unde, quantumvis Ecclesiam vel capellam à se fundatam construamque dotare Paganus vel Judaeus teneatur, eam tamen (& quae sunt in patronatus castro aut villae, ab eorum aliquo emptae, annexi) liberam erudet, cum Lambertino de Jure Patronat. lib. 5. p. 1. q. 5. art. 8. n. 1. & 2. docet Fagnanus in *c. Nobis cit. n. 9.*

Secundò de Haereticis; qui, cum sint Christiani, & infantem baptizandi aut de sacro fonte levandò contrahant cogitationem spiritualem, ut *in Reg. Ex eo 9. & in 6. Joan. Andr. n. 3.* observat, spiritualibus tantum annexi patronatus de Jure capaces esse, videri possunt. Hoc tamen *in c. Nobis cit.* merito negant idem Joan. Andr. Panormit. n. 3. & Fagnanus n. 10. & evincit ratio; quòd de Jure Haereticorum bona omnia, ac proinde ipsorum quoque patronatus jus fisco cedant, *can. secundum 19. de Haereticis in 6.* Quae ratio licet fortassis non militet adversus haereticos toleratos, ut sunt Confessionite Germaniae nostrae; in qua, sicut propter Pacta publica, sciente Summo Pontifice cum ipsis inita, immunitatis & civilibus juribus omnibus cum Catholicis pariter gaudent, sic etiam bonorum confiscationi

sificationi obnoxii non sunt.

Nihilominus patronatus jura etiam his non competere, statuendum est propter *can. Quicumque cit.* jus patronatus concedentem solis Fidelibus: quales non sunt Hæretici; hæresis enim peccatum est infidelitatis, secundum S. Thomam 2. 2. q. 10. art. 5. Ratio est; quia jus patronatus est potestas & honor Ecclesiasticus, concessus speciali gratiâ & favore Ecclesiæ: quò cum indigni vel maxime sint hæretici, tanquam ejus contemptores & impugnatores, credibile non est, juris patronatus concessionem ad ipsos quoque pertinere, *arg. can. Didicimus, 24. q. 1. Azor p. 2. Instit. lib. 2. cap. 21. q. 8.* Unde paritas non est cum cognitione spirituali; quia hæc specialis gratiæ & favoris rationem non habet respectu contrahentis. De Jure, inquam; neque enim ignoro, de facto præsentationes ad beneficia Ecclesiastica ab Hæreticis factas in Germania nostra alicubi tolerari, & institui clericos idoneos ab ipsis præsentatos: & vicissim à Catholicis tam Ecclesiasticis quàm laicis patronis præsentationes ad ipsorum Ecclesias admitti.

45. Tertiò de Excommunicato vitando: quem, licet ipsò Patronatu non privari, certum: dubium tamen est de valore ab eo factæ præsentationis: Et quidem, si patronus Ecclesiasticus sit, eam pro irrita plerique habent cum Covarruvia in *c. Alma p. 1. §. 7. n. 9.* & Ugolino de *Censuris Tab. 2. cap. 13. §. 2. n. 13.* cum; quòd hujusmodi præsentatio vim habeat electionis: quòd oblivioni nunquam tradendum, in *c. Cum autem 24. pr.* monet Fagnanus n. 19. electio autem ab excommunicato vitando facta irrita sit, *c. Uenio, Ne sede vacante in 6.* tum vero; quòd ejusmodi patroni præsentatione superiorì oblatà præsentatò quæsitum sit

jus ad beneficium: juris autem Ecclesiastici concedendi facultate excommunicatus privetur, ut cum *citt. DD. tradit Palao Tract. 29. disp. 2. p. 13. n. 15.*

Ob eandem rationem, patroni etiam laici præsentationem irritam pronuntiant *citt. Covarruvias & Lambertinus Lib. 2. p. 1. q. 5. art. 2.* etsi enim ista electionis vi non polleat, jus tamen etiam ipsa tribuit præsentato. Hòc tamen non obstantè, verisimiliùs excommunicati laici, aut etiam clerici patronatum ratione patrimonii obtinentis, præsentationem pro valida habent Rochus de Curte *V. Compertens, q. 8. Ugolinus n. 13. cit. & Garcias Lib. 5. de Benef. cap. 4. n. 317.* eà ducti ratione; quòd ejusmodi præsentatio non tribuat jus firmum; cum eà factà locus sit variationi, *c. Quòd autem 5. §. c. Cum autem 24.* neque actus sit spiritualis jurisdictionis aut officii Ecclesiastici, sicut ea, quæ fit ab Ecclesiastico, nomine & jure Ecclesiæ præsentante, Pirrhing *ad hanc Rubr. n. 103.*

47. Quantumvis autem valida sit præsentatio, eam tamen, licet iste toleratus sit, admittere Episcopus non tenetur; quia excommunicato etiam tolerato communicare non tenetur: & si non toleratus, sed vitandus sit, non potest, *c. Nuper 29. §. de Sent. excom. §. c. A nobis 2. de Exceptionibus, Suarez de Censuris disp. 14. §. 2. n. 30.* nisi urgeat necessitas: cujusmodi in proposito casu foret, si non admittà præsentatione diuturna & Ecclesiæ damnosa vacatio induceretur, Coninck *disp. 14. dub. 11. conclus. 2.*

Licet autem juxta hætenus tradita patronus distà censurà ligatus validè; & si laicus sit, quòd repelli valeat, omnino efficaciter præsentare nequeat ante absolutionem, istà tamen intra quatuor aut sex menses, ad præsentandum Jure

A a a a a a

indultos, impetratâ uterque potest: imò etiam mensibus illis jam lapsis, si non fuerunt in mora petendæ absolutionis, Zæsius ad hanc Rubr. n. 58, quia eò casu sunt legitimè impediti: quibus Jure indultum tempus non currit, c. Quis diversitatem s. de Concess. Præbenda.

48. Quartò de Pupillis ac Minoribus viginti quinque annis. Ratio de his dubitandi oritur ex defectu usûs rationis aut maturitatis iudicii. Sed hoc non obstat, quò minus, sicut legati & hæreditatis, sic etiam rebus hæreditariis aut legatis annexi iuris patronatûs sint capaces, Archidiacon, in can. Decernimus cit. Pa-normit. in c. 1. n. 5. & cit. Azor cap. 21. q. 14. Quoad istius tamen juris exercitium locus, imò opus est distinctione; vel enim pupillus adhuc infans sive septenniò minor, vel hâc ætate maior est?

Si minor & adhuc infans ( eadem ratio est furiosi & amentis ) clerici præsentatio ob allatam rationem non ab ipso, sed ipsius nomine à tutore faciendâ est, Rochus V. cit. q. 3. n. 12. & Garcias p. 5. cit. cap. 9. n. 193.

49. Si septenniò maior, intra pubertatis tamen annos constitutus est, præsentationem quidem fieri conveniret interveniente autoritate tutoris, utpote ad regendam eius personam & actiones dâti: nihilominus, si à pupillo præsentatur dignus, hunc digniori à tutore præsentato præferendum, cum Joan. Andr. in c. Ex eo 32. de Electione in 6. n. 5. tradunt citr. Lambertin. Lib. 2. p. 3. q. 6. art. 1. & Zæsius n. 40. cum; quòd pupillus sit proprietarius & quasi dominus iuris patronatûs: tum verò; quòd, sicut ad sponsalia validè in eunda, sic etiam ad validam præsentationem tutoris autoritatem exigi, nullò Jure habeatur. Pupillò autem non præsentante, & tu-

tori id facienti non contradicente, ab ipso factam præsentationem subfiliere prior Opinio cit. Garcias n. 194. & ratio est; quia tutor non solum administrationem bonorum pupilli, sed huius etiam regendi habet potestatem.

Multò magis, quàm huiusmodi pupillus, præsentare potest patronus pater & viginti quinque annis minor: imò etiam nomine ab alio non solum curatorem, sed etiam à patrefamilias sine mandato factam præsentationem pro irrita habent Gurtierrez de Tutel. p. 3. cap. 23. n. 14. cit. Garcias n. 198. & Palao Tract. 19. disp. 2. p. 4. n. 21. Ratio est; quia curator non ad regendam personam, sed ad administranda solum bona temporaria datur: & filiusfamilias in spiritualibus & ab his dependentibus sui iuris est, & à patria potestate independentis, c. si de Judiciis, in 6. Rectè tamen in Palao n. 22. excipit ius patronatûs annexum nominis filii adventitii; horum enim, sicut ususfructus, sic etiam annexi iuris patronatûs exercitium ad patrem spectat.

Quintò de Fœminis; quarum Ecclesiastici patronatûs capacitatem accipiunt reddit; quòd huiusmodi patrono excusatio suo imminet cura, sive tuitio Ecclesiæ, can. Filius 31. & can. Decernimus 32. q. cit. in fœminam non cadens; cum aliena defensio virile, l. Alienam ff. de Procurat. & publicum officium illi, pr. Institut. de Excusat. tur. fœminæ autem ab omnibus officiis publicis remota, l. Fœmine 2. ff. de R. l. & iudicio contumace non minus quàm viribus tenui adeoque imbecilli sint; ut adversus propria commoda plerumque laborent, l. si pater 4. C. de Sponsal. & arrib.

Sed Politicâ hâc ratione potior est Canonica definitio, Ecclesiarum fundatores Christianos ac fideles, sine ullo sexûs discrimine, honestos Patronatus, can. Tit.

ad. Pie; can. Frigentius, can. Quicunque cit. & hunc in feminis Regularibus, c. Ex literis 7. & in Secularibus quoque admittat, c. fin. de Concess. preb. Quare ex fundationis, constructionis & dotationis causis patronatus ius ipsi non minus, quam viris adstruunt Panormit. in c. fin. cit. n. 3. Covarruvias Practic. cap. 38. n. 13. Garcias p. 5. cit. cap. 9. n. 142. & Barbosa in c. Ex literis cit. n. 12. quod clericis ad beneficia presentare per se ipsa possint per c. cit. textum & c. fin. cit. à contrario ductum argumentum: Ecclesiarum autem curam tuitionemque per alios expedire valeant: imò non appareat, cur eam quoque prestare nequeant per se ipsas; cum administrationis & curæ Ecclesiasticæ per se ipsas gerendæ iure non sint redditæ iucapaces, c. Ex literis cit. & c. Dilecti 12. de Majorit. & Obid.

54. Sexto de Marito respectu patronatus iuris, quod obtinet uxor. Non quidem, si ius id merè Personale aut bonis paraphernalibus sit annexum; cum enim illud inhæreat personæ, & huiusmodi bona non transeant ad maritum, ad ipsum etiam non transibit annexum ius patronatus, Gutierrez cap. cit. n. 14. & Garcias cap. 5. cit. n. 185. Sed, quando patronatus ius annexum est bonis, v.g. villæ aut castro ipsi in dotem datis; hoc enim casu eius exercitium v.g. presentationem marito competere, cum Felino in c. Cum olim 14. de Majorit. n. 2. Panormit. in c. fin. cit. n. 8. negat Azor cit. cap. 21. q. 16. & contra affirmant Tiraquellus post L. Connub. gloss. ult. à n. 5. Gutierrez p. 3. de Tutel. cap. 29. n. 3. Garcias l. cit. n. 177. & Petr. Barbosa in l. Divortio 7. §. Si vir 13. ff. Solutio Matrim. n. 57.

Illorum fundamentum est; quòd verum naturale dominium dotis remaneat

penes uxorem; l. In rebus 30 sibi, Cum eadem res & ab initio uxoris fuerint & naturaliter in ejus permanferint potestate, & l. Quamvis in bonis mariti dos sit, mulieris tamen est, 75. ff. de Jure dorum. Neque refert; quòd rei dotalis fructus & emolumenta spectent ad maritum ad supportanda matrimonii onera c. Per vestras 7. de Donat. inter vir & uxor. & c. Salubriter 16. de Usurâ; quia hoc intelligi nequit de presentatione, competente ratione patronatus; cum ista, hoc ipsò; quòd pretiò æstimabilis non sit; ad ejusmodi onera supportanda utilis fructus non sit.

Istorum contrà ratio est; quòd rerum dotalium non solum fructus, sed & fictione Juris ipsum etiam dominium, saltem Civile penes maritum sit, quò ad omnes effectus iure non exceptos, arg. l. Dote 9. C. de R. V. ut cum Glossa in l. In rebus cit. V. Naturali, C. de Jure dotium docent Bartolus & Baldus in l. cit. illa n. 3. iste n. 6.

Inter extremè oppositas medianam tenet Covarruvias cit. cap. 38. controversiam expediens auxiliò distinctionis inter bona marito in dotem data; vel enim, inquit, bona æstimata sunt æstimatione, quæ facit emptionem, vel nullà, aut eà tantùm æstimatione, quæ emptionem non facit, æstimata marito in dotem dantur? Si prius, jus patronatus ejusque exercitium competit marito; quia bonorum ita datorum sit dominus; ideòque solutò matrimoniò non ea, sed æstimationem tantùm restituere tenetur, per ea, quæ tradunt Pinellus in l. 2. C. de Rescind. vendit. p. & cap. 1. n. 18. & Gomez in l. Tauri 5. n. 44. Si posterius: juxta l. In rebus & l. Quamvis cit. ad maritum transit sola eorum administratio & fructus, qui faciunt ad facilius supportanda onera matrimonii: cujusmodi

jusmodi fructus cum presentatio non fit, ista tali casu uxori competet: non soli marito.

Ex haftenus relatis DD. Opinioni- bus, licet postrema haec non displiceat, quoad jus tamē patronatus praefero secundam. Ratio est; quia, sicut ejusmodi jus patronatus, si non excipiat, ad rem dota- lem, arg. c. Ex literis 7. ibi *Si villa fuerit non excepto jure patronatus ad firmam concessa*: sic presentatio, tanquam fructus rei dotalis, accessorie se habet ad ejusmodi rei fructus reliquos, ac pro- inde, sicut re dotali v.g. castrō in mari- tum translato, etiam transfertur jus pa- tronatus, sic translatis in alterum fructi- bus rei dotalis, etiam exercitium juris pa- tronatus sive presentatio, tanquam illis accessoria, transfertur. Neque refert; quod pretio aestimabilis non sit; quia ni- hilominus valde optabilis est marito, ad clericum per presentationem sibi devin- ciendum.

55. Septimō de juris Patronatus Posses- fore: non quidem malae fidei; cum ab isto presentationem fieri non posse, om- nino sit exploratum. Sed bonae: à quo, antequam super juris patronatus proprietate litis contestatio fiat, praesentationem, & presentati institutio- nem fieri posse, c. Consultationibus 19. decisum & ratio perspicua est; quia praesentatio est juris patronatus quidam fru- ctus: fructus autem bonae fidei posses- sori debentur, §. *Si quis à non domino* 37. *Infirm. de Res. divis. & c. Gravis* 11, *de Restit. spoliar.* & absumpti non resti- tuuntur; nisi possessor ex illis factus sit locupletior, Glossa in §. cit. *V. Fructu*, & Panormit. in c. *Consultationibus* cit. in fine: quod possessori ex presentatione, utpote pretio non aestimabili, sine labe Si- moniae non contingit.

56. Post litem verò super proprietate

contestatam presentationem quidem fieri à possessore, sed ab ipso presentatum esse litem finitam institui non posse, c. *Ex literis* cit. cum Glossa *fin.* voluit Pa- normit. à n. 3. & Barbola n. 11. id col- ligentes ex c. cit. decisione, vi cuius in- stitui potest presentatus, antequam lis est mota. Unde, à contrario ducto ar- gumentō, inferunt, lite jam mota praesentatum institui non posse. Rationem prioris reddunt, quod bona fidei possessor, quamdiu causā non cadit, commodum suae possessionis, & presentationem tanquam ejus fructu privandus non sit, c. *La- dabilem* 2. *U. l. l. pend.* Posterioriorem; quod etiam bona fidei possessor post litis contestationem fructus percipi- cum onere & obligatione eos, si casus cadat, victori restituendi, c. *Gerardus* & l. *Ceruum* 22. c. *de R. P.* quod cum facta jam institutione fieri non possit; quia legitime factum irritari non debet, licet ad casum devenerit, quod necesse accipere non potuit, c. *Præcepta* 12. *dist.* 55. & l. *Nec enim* 2. ff. *de Inver- sibus* *privato*, cum, inquam, hoc fieri nequeat, pendente lite, presentati in- stitutio usque ad litem finitam etiam ferenda.

Sed veritas presentationi & presentati etiam institutioni super juris patronatus proprietate ortam & pendente litem non obstat, cum Innocentio in c. cit. docet Rochus de Curie 7. c. n. 43. Honorius ad hanc Rubr. n. 58. Vivianus in c. cit. & Palao *Tract.* 13. *lib.* 2. p. 4. n. 26. partim; quod favor Ecclesiae & si beneficium curatum sit, etiam animarum exigit; ne ritè presentati institutio differatur, ut plenius dictum *Lit.* 1. 1. 6. n. 56. partim verò; quod, re evicta, restituendi illi tantum fructus sint, qui restitui possunt salvo usu possessionis, & sunt pretio aestimabiles; non etiam, qui

dominum non reddunt locupletiores, Engel ad hanc Rubr. n. 14.

Neque in contrarium facit *c. Ex literis cit.*, quia miles, cujus eò mentio fit, non fuit in pacifica possessione juris patronatûs: imò verisimiliter satis, eum isto per actum præsentationis uti primâ vice capisse, observat Engel *l. cit.*

58. Octavo de villâ aut castri patronatûs jus annexum habentis conductore. Cui, si villa locata sit ad tempus longum, annexi juris patronatûs exercitium sive præsentationem competere, Panorm. in *c. Ex literis 7. n. 5. cit.* Rochus *V. Ipfse vel is, q. 26. n. 54.* Lambertin. *Lib. 1. p. 2. q. 8. art. 12.* alique DD. communiter, & novissimè censuit Fagnanus in *c. cit. n. 12.* quòd hujusmodi locatione dominium utile transferatur in conductorem.

Si verò locatio sit ad tempus modicum, præsentationem ad beneficium, durante locatione vacans, non ab eo, sed à locatore faciendam, contendunt, eâ per sua ratione; quòd hujusmodi locatione nullum dominium, *l. Non solet 39. ff. Locati*, imò neque possessio naturalis, sed mera detentio cum jure percipiendi fructus in conductorem transferatur, ut notari solet in *l. Si ut certo 5. §. fin. ff. Commodati & l. Malè 2. C. de Prescripte. 30. vel 40. annor.*

59. Sed, licet hæc Opinio à DD. passim recepta sit, melius tamen in jure patronatûs Hostiensis in *c. cit.* Zabarella *q. 1. ac Barbosa n. 4. in fine* hòc etiam casu favent conductori; imprimis propter *c. cit.* verba *Ad firmam* sive censum annuum, quibus regulariter locationem ad modicum tempus denotari, aliis non differentibus, existimat Fagnanus *n. 12. cit.* Dein; quòd locatio villæ verisimilius fuerit ad tempus modicum; cum sine solemnitatibus hæc sola Jure fuerit

permissa. Et demum; quòd per locationem villæ, ad tempus etiam modicum, conductori communicetur jus percipiendi omnes fructus: ejusmodi cum sit exercitium juris patronatûs, sive actus præsentationis, iste quoque ei communicabitur, spiritualitate nihil impediente; quia, sicut jus patronatûs villæ, ita istius fructibus accessoria est præsentatio; ideòque, sicut in alterum translatâ villâ, huic annexum jus patronatûs, sic etiam communicatis in eumque translatâ villæ fructibus, his accessoria præsentatio, tanquam juris patronatûs exercitium & fructus, transfertur.

Nonò de ejusmodi villâ sequestrata 60. & creditore, cui ea est oppignorata, A quorum priori: non etiam à posteriori, ratione ei annexi juris patronatûs, præsentationes legitimè fieri, planum est ex iis, quæ de Jure conferendi, rei sequestratæ aut oppignoratæ annexo, tradita sunt *Lib. 2. Tit. 17. à n. 17.*

#### ARTICULUS IV.

### De Juribus & Obligatione Patronorum,

#### SUMMARIUM.

61. Patronorum jura sunt I. Honor eis competens in,
62. Et extra Ecclesiam sui Patronatûs.
63. Conveniri tamen istius nomine in judicio,
64. Etiam sine venia non prohibentur.
65. II. Onus, sive desensio Ecclesie:
66. Sine visitatione tamen & exactione rationum:
67. Nisi Patronus sit Ecclesiasticus,
68. Vel laicus speciali jure munitus.

B b b b

69. III.

69. III. Perceptio alimentorum in necessitate:  
 70. Et aliquando Personarum:  
 71. IV. Presentatio ad Ecclesiam vel beneficium vacans,  
 72. Sine qua Episcopi institutio non valet:  
 73. Nisi huic patronus acquiescat.

61. **J**uris Patronatus effectus, ejusque ratione Patrono competentia jura tribus verbis complexus est Panormitanus, id Jus honorificum, onerosum & utile esse, asserens ad hanc Rubricam n. 3. & explicatius tradidit Glossa in c. Nobis 25. v. Modeste, duobus versiculis.

Patrono debetur honos, onus utilitasque:

Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

Primus itaque Patronatus effectus, & Patroni jus est Honor: quem is obtinet in Ecclesia, c. Nobis cit. & can. Piamensis, l. 6. q. 7. quia in hac patrono dignior Sedes, & in Processionibus, in suscipienda Pace & thurificatione, in oblatione Palmarum, candelarum aliisque similibus actibus honoratior locus præ aliis laicis debetur, Barbosa Jur. Eccles. Lib. 3. cap. 12. n. 215.

62. Extra Ecclesiam etiam ab istius Rectore vel administratore patronum honorandū DD. passim: imò, sicut parentes & patronos Civiles à liberis ac libertis, l. Quique 4. §. 1. & l. fin. ff. de In jus vocando, sic etiam patronum Ecclesie ab istius Rectore vel administratore absque venia in jus non vocandum, vult Paulus de Citadinis de Jure Patronat. p. 6. q. 2. eā ductus ratione; quod sine venia in jus vocandæ non sint personæ, quibus reverentia præstanda est, l. Generaliter 13. ff. Rubr. cit. cum enim istius legis argu-

mentò dominus feudì à vasallo in jus vocari nequeat, ut cum Jafone in l. cit. n. 4. & Welenbec. in Paratit. Rubric. cit. docet Mynfinger in §. Penales 13. infra. de Actionibus, cur non idem obtineat in patrono Ecclesie? cujus in hac libertas non minor est, quàm illius in vasallum.

Sed verius, ad patronum nostram Ecclesie nomine in jus vocandum Rectori veniā opus non esse, cum Alexand. in l. cit. Rocho de Jure Patron. v. Honorificum, q. 56. n. 88. docet Zecius ad hanc Rubricam n. 27. Ratio est; quod sanctioribus Ecclesiasticis, quarum dispositio in patronatus aliisque jurius spiritualibus & spirituali annexis standum, licet ex dictis in Proemio n. 158. id minus sit cautum: leges autem Civiles ad ipsi modi patronum non porriguntur; quia imprimis de solis parentibus ac patronis libertorum loquuntur, l. Quique cit. Dein; quia eadem leges eum, cui reverentia debetur, in jus vocari absque venia non permittere, sunt Penales §. Penales cit. cum, qui veniā in calibus quibus petenda est, omiſis in jus vocatio pœnæ nomine quinquaginta aureos perdere cogantur, l. In eum 24. & l. Inopes sint, quod non habent in aere, laborandò in corpore luere cogantur, l. fin. ff. Rubr. cit. Unde à liberis & libertis ad Rectorem & administratorem Ecclesie; istius patronum in jus vocaturum, perperam trahuntur, arg. Reg. Odia 15. in 6. Et demum; quia ex vna, legum Civillium conditores de patronatu Ecclesiastico ejusque jurius disponendi non habent potestatem, præsertim quando ipsarum dispositio Ecclesiæ damnum aut præjudicium afferre potest, c. Que in Ecclesiis 7. c. Ecclesia vna. de Constitut. & c. fin. de Reb. Eccles. alien. de Constitut. & c. fin. de Reb. Eccles. alien. ex altera verò parte, necessitas veniæ potest.

andæ; ut homine Ecclesiæ istius patro-  
nus in iudicio conveniri valeat, præju-  
dicialis est Ecclesiis: quæ, licet pluri-  
mum semper debeant munificentiam funda-  
torum, sæpe tamen istorum successores  
patronos suos adeo adversos experi-  
untur; ut, an commoda atque emolu-  
menta, quæ illorum liberalitati, vel damna  
quæ istorum inclementiæ debent, ma-  
jora sint, in dubium vocari, si non abs-  
que venia, saltem sine injuria possit.  
Unde planè corrumpit in contrarium alla-  
tum argumentum.

Neque urget paritas cum domino  
feudi, partim; quia, licet *ll. cit.* di-  
spostio in isto locum haberet: aliud tamen  
de Ecclesiarum patronis statuendum  
evincitur: partim verò; quia, etiam  
ad dominum feudi in jus vocandum spe-  
ciali venia opus vasallo esse, cum *Glos-  
sa Lib. 2. Feud. tit. 22. V. Salvâ reve-  
rentiâ, Claro §. Feudum, q. 25. n. 1. &  
alii negant celeberrimi Germaniæ no-  
stræ ICT: Everard, Legal. arg. loco 25.  
n. 15. Rosenthal. de Feud. cap. 10. con-  
clus. 23. n. 19. & Mynsinger Cent. 4.  
observat. 92. n. 4.* hunc de præsentis con-  
troversia sensum rationi & moribus etiam  
Imperii conformem, & Cameræ Imperi-  
alis præjudicij firmatum vocans; ideò  
que ei contrariam opinionem suam re-  
tractans.

65. Alter juris patronatûs effectus est  
Onus sive cura & defensio Ecclesiæ; ne  
à potentioribus opprimatur, *can. Con-  
stitutum, 16. q. 1.* ne dos vel ejus bona ma-  
le alienentur, dilapidentur, aut in alios,  
quàm à fundatore destinati sunt, usus  
convertantur, *can. Filiis 31. & can. De-  
cernimus, 16. q. 7.* Quæ causa est, cur  
patronus Ecclesiæ Advocatus nominite-  
tur, *c. Præterea 23. & c. Cum autem*  
66. 24. Non poterit tamen hujusmodi ad-  
vocatus sive patronus aliquam jurisdic-

tionem in Ecclesiæ beneficiatum usurpa-  
re, ejus honorum custodiam aut admi-  
nistrationem sibi vindicare, aut visita-  
re Ecclesiam vel beneficiatum, aut ab i-  
sto gesta administrationis, & præsertim  
curæ animarum exigere rationem, *can.  
Nullus laicorum 15. can. Si quis Princi-  
pum 22. q. cit. c. In quibusdam 12. de Pa-  
nis, & Concil. Trident. Sess. 24. cap. 3. de  
Reformat. multòque minus occupare ejus  
bona, aut ullâ occasione vel causâ se in-  
gerere in perceptione fructuum, proven-  
tuum & obventionum: sed hos omnes  
libere distribuendos Rectori vel beneficia-  
to relinquere sub excommunicationis &  
interdicti poenis jubetur ab ejusdem S.  
Synodi PP. Sess. 25. cap. 4. d. Reformat.*

Neque obstat *can. Quicumque 30.  
q. cit. & c. Generali 13. de Elect. in 6.*  
quorum textuum priori jus providendû  
Ecclesiæ: posteriori istius custodia pa-  
tronis adstruitur; quia, ut Panormit.  
*ad hanc Rubr. n. 4.* advertit, ex his eisque  
consonis Juris communis textibus pro  
patronis saltem laicis plus non evincitur,  
quàm inspectio, sollicitudo & cura; ne  
ejusmodi bona à se aut majoribus suis  
Ecclesiis collata dissipentur: quæ sine ul-  
la jurisdictionis usurpatione facere pos-  
sunt, beneficiatos in ipsis malè versan-  
tes commonitionis honestæ conventionem  
compendendò, vel Episcopo, aut alii ju-  
dici vel superiori Ecclesiæ denuntiandò,  
secundùm *can. Filiis cit.* communem in-  
tellectum.

Dixi autem, *Saltem laico*; quia  
major, quàm istius potestas est patroni  
Ecclesiastici, cui etiam exactio rationum  
de administratione in temporalibus, *c.  
Cum & plantare 3. §. In Ecclesiis de Pri-  
vileg. imò vacantis Ecclesiæ custodia &  
administratio adstruitur, c. Bona 31. de  
Appellat.* Hoc tamen novissimè immu-  
tatum est à S. Synodo memorata, in Ec-  
clesia



clesia parochiali vacante idoneum vicarium, qui Ecclesie onera, donec ei de Rectore provideatur, sustineat, constitui jubente *cit. Sess. 24. cap. 18. de Ref. ut cum Riccio & aliis Barbosa de Episc. alleg. 72. n. 19. observat.*

68. Dixi etiam, de *Jure communi*; quia in Bavaria nostra sive ex Consuetudine, sive potius ex privilegio Apostolico à Religionum non Mendicantium Prælati & inferiorum Ecclesiarum Rectoribus, in earum rebus malè versantibus, aut de hoc suspectis, administrationis rationem exigendi potestatem etiam Serenissimo Electori competere, patet ex *Recessu Concordat. 1583. §. Wann die Prælaten.*

69. Tertius juris Patronatus effectus est Utilitas redundans in patronum, & consistens imprimis in eo; quòd, sicut Civili egentia alimenta à liberto, *l. Si quis §. §. 19. ff. de Agnos. liber.* sic Ecclesiastico patrono, si ad inopiam perveniat, vitæ subsidia præstanda sint ab Ecclesia, *can. Quicumque, 16. q. 7. & c. Nobis cit. in fine*: habitò tamen respectu ad istius facultates & conditionem, sive qualitates personæ ipsius patroni: & quidem abundantius, quàm aliis pauperibus, *Glossa in can. cit. V. Ad inopiam, & Panormit. in c. Nobis cit. n. 6.* ubi monet patrono inopi ad alimenta petenda competere Actionem ex Canone, hoc est, *can. & c. cit.* Succurrendum autem sic est patrono non solum ad summam egestatem jam deducto, ut voluit *Glossa V. cit.* sed & si ad inopiam vergat, *c. Nobis cit.* ut ex propriis bonis vel aliunde non habeat commodam sustentationem, ut *arg. l. Si constante 24. pr. ff. Solutio matrim.* tradunt Lambertin. *Lib. 3. q. 3. art. 3. n. 2. & Barbosa in c. Nobis cit. n. 5.*

Quare, ut alimenta ab Ecclesia

petere patronus Jure valeat, requiritur ex parte Ecclesie; ut habeat superflua; si enim ultra ministrorum sustentationem & impensas ad cultum Divinum necessarias nihil haberet, alimenta ab ea petere patronus Jure non posset, Lambertin. *q. 3. cit. art. & n. 2.* ex parte vero alimenta petentis; ut probet, imprimis Ecclesiam à se aut majoribus suis fundatam, dotatam vel constructam; deinde, se non habere, necessaria ad congruam hoc est, non tantum ad sui, sed ad uxoris quoque & liberorum & itarum convenientis familiæ sustentationem; & demum, se etiam non habere fratrum aliasque personas conjunctas & ad præstanda sibi necessaria alimenta obligatos, ut à Steph. Gratiano *Discept. cap. 11. à n. 12. & Viviano Prax. Jur. Patro. Lib. 1. cap. 2. à n. 20.* hæc tenet etiam Rotæ decisi, confirmante, declarat.

Præterea patrono utile jus patronatus aliquando est ratione Pensionis, nec communi notat Vivianus *cit. cap. 2. n. 23.* quantumvis enim Ecclesiam vel beneficium à majoribus aut à se etiam fundatum post fundationem jam completam nec aliquo gravare, aut id, quò gravatum est, augere, non permittatur, *c. Præterea 23. hanc Rubr. c. Prohibemus 7. & c. Præterea 8. de Censibus*, in ipso tamen fundationis limine, sicut alias honestas conditiones observandas apponere, *arg. l. In traditionibus 48. ff. de Pactis & l. In re mandata 21. C. Mandati*, sic pensionem quoque in illius recognitionem, sibi aut successoribus suis certis temporibus v. g. annuatim exhibendâ, cum consensu Episcopi imponere valet, *cc. Præterea cit. Glossa in c. Præterea 23. cit. V. Institutus & ibi Panorm. n. 6. & Barbosa n. 4.* Imò etiam Ecclesie vacantis fructus sibi retinere, *Glossa in c. Generali cit. V. Fundatione, Lambertin. Lib. 1. §. p. 1. q. 9. art. 1. n. 54. & Gi-*

gas de Pensionibus, cap. 6. num. 25.

71. Postremus ac præcipuus juris patronatus effectus patronique jus est facultas præsentandi clericum ad beneficium vel Ecclesiam vacantem: quæ ad tria hæcenus declarata patronatus jura potest & à DD. solet revocari: ad Honorem à Viviano cit. *Prax. lib. 1. cap. 2. n. 12.* cum tunc non levis prærogativa sit, institutionem Episcopi à suo arbitrio habere dependentem, *can. Decernimus, 16. q. 7.* Ad Onus; quia idoneum clericum investigandi curâ & sollicitudine gravat, Panormit. in c. *Quoniam 3. n. 12.* Ad Utilitatem; quia præsentatio, licet pretiò æstimabilis non sit, patrono tamen ad clericum ejus beneficiò sibi devinciendum servire potest. Unde

72. Dubium nascitur, an ergo Ecclesiam vel beneficium patronatum vacans Episcopus non valeat liberè conferre. Intra tempus ad præsentandum patrono à Jure præfixum regulariter id non posse: & contradicente vel ignorante patrono, ab Episcopo factam beneficii collationem seu clericum in eo institutionem irritam & perinde, ut re omnino integrâ, patroni præsentationi locum esse, explorati Juris est, *can. Decernimus, 16. q. 7. c. Illud 8. c. Ex insinuatione 14.* & cum Panormit. in c. *cit. n. 2.* & Felino in c. *Cum Beroldus 18. de Seni. & re judic. n. 8.* docent Rochus de Curte *V. Honorificum, n. 2.* Gonzalez in *Reg. 8. gloss. 56. n. 78.* Azor *p. 2. Inst. lib. 6. cap. 22. q. 4.* & Vallens. *Lib. 1. de Benef. cit. 4. n. 23.* quòd ejusmodi Ecclesiam vel beneficium liberè conferendi careat potestate; cum, qui ea sine prævia patroni præsentatione obtinent, perinde, ut violenti occupatores & injusti detentores ab Alexandro III. ad restitutionem sive eorum dimissionem faciendam moneri; & si monitio non proficiat, compelli jubeantur *c. Ex insinuatione cit.*

Neque, ejusmodi liberam institutionem, ut actus Jure validi quandoque sunt, solummodo rescissioni obnoxiam esse, evincitur; quòd *c. Illud cit. Irritanda* asseratur, phrasi, actus infirmitatem duntaxat, non Jure inductam nullitatem denotante; quia, ut aliàs non infrequenter, sic etiam *c. cit.* institutionem irritandam, hoc est, irritam nullamque declarandam asseri, rectè observat *cit. Panormit. n. 2. Azor q. 4. & Vallens. n. 23.*

Dixi tamen, *Reclamante*; quia, si patronus intra tempus illud non reclamaret sive contradiceret, ab Episcopo facta institutio sustineretur & convalesceret, Panormit. in c. *Ex insinuatione cit. n. 3.* & Garcias *cit. cap. 9. n. 232.* cum enim ejusmodi institutionis nullitas Jure inducta sit in favorem patroni spreti, istò vel expressè, vel saltem non contradicendò, tacitè in eam consentiente, tanquã valida à principio sustinetur: sicut eò contradicente pro irrita nullaque à principio habetur, *Navarrus Manual. cap. 23. n. 104. & Lambert. Lib. 2. p. 3. q. 5. art. 2. à n. 25.*

#### ARTICULUS V.

### De Præsentatione clerici ad beneficium vacans.

#### SUMMARIUM.

74. *Natura Præsentationis,*  
 75. *Procuratorem admittentis ex parte Patroni,*  
 76. *Et ex parte ipsius etiam clerici præsentari:*  
 77. *Cujus præsentia servè exigitur in institutione.*  
 78. *Procurator instruendus mandato speciali,*  
 B b b b 3

79. Ex

79. Et ad plura beneficia dandus est,  
 80. Sine certarum personarum presentandorum expressione.  
 81. Ad nondum vacans unicum beneficium dari nequit:  
 82. Extra casum, quò patronus est abfuturus.  
 83. Ad presentandum patrono Laico quatuor duntaxat:  
 84. Ecclesiastico verò sex menses Jure sunt indulti.  
 85. Sex menses utrique competunt in patronatu Mixto.  
 86. Quò tempore lapsò beneficium liberè confertur:  
 87. Nisi patronus vacationem ignorârit, aut aliter fuerit impeditus.  
 88. In dubio vacationem ignorâsse præsumitur:  
 89. Non etiam aliter fuisse impeditus.  
 90. Tempus presentandi currit à momento ad momentum.  
 91. Presentatio quòvis etiam feriatis die & notiu:  
 92. Et quòvis etiam locò fieri potest.  
 93. Idem laico currit lite pendente:  
 94. Nisi litè trahatur ab Episcopo vel cum eo,  
 95. Vel mora sit super ipso jure presentandi:  
 96. Vel presentatio sortita non sit effectum:  
 97. Vel tempus ab Episcopo,  
 98. Aut à beneficii fundatore prorogatum,  
 99. Vel etiam restrictum sit.  
 100. Beneficium devolutum liberè confert Episcopus:  
 101. Uti & cui institutio presentati competit jure speciali.

74. **P**resentatio est exhibitio personæ idoneæ ad Ecclesiam vel beneficium vacans Episcopo vel alteri, ad quem institutio pertinet, legiti-

mè facta, Rochus hæc Rubr. pr. 4. 3. & Garcias p. 4. de Benefic. cap. 1. n. 5. 4. ut clerico presentato jus ad Rem & pro sua in Ecclesia vel beneficio institutione Actionē tribuat, ab eo in sua personæ exhibitionem consentiente intra legitimum tempus acceptata esse debet, Zerola Prax. Episc. V. Jus ad Rem, n. 2. cii. Garcias cap. 3. n. 11. & Palao tract. 13. disp. 2. p. 1. n. 7. Ubi

Dubium est primò, an presentatio fieri queat per procuratorem; ut neque ipsius patroni, neque clerici ab eo presentati presentia desideretur. Et illius quidem sive patroni presentiam minimum necessariam esse, liquet; quod presentatio ab eo fieri queat per literas, ut non obscurè desumitur ex can. 1. can. Ordinationes 2. disp. 84. & aperte habetur in noscitur 6. de lit. que à Pralat. ibi. Per se vel per literas personas idoneas Episcopi presentant, & Clement. 1. V. Presentans, de Excess. pralat. Glossa in c. 11. de Re literas, Panormit. ibid. n. 3. Tullius Prax. V. Presentatio, concl. 592. n. 24. & Barbosa de Offic. Episc. alleg. 72. n. 116. Cui non etiam per procuratorem?

Presentati presentiam personalem ad valorem presentationis exigit, DD. communis est sententia, antiquò Decretalium & Concilii Tridentini novissimò Jure suffulta; cum illo personalis presentia presentati aperte exigatur c. Cum plantare 3. de Privileg. cujus §. Invisis Exemptis præcipitur; ut in Ecclesiis plenè jure ad ipsos pertinentibus instituendos presbyteros Episcopi representent: quò postremò verò corporalis presentia denotatur, 1. Consensanum §. C. Quomodo & quando jud. Tiracuell. de Jure Mariti gloss. 6. n. 31. & Selva p. 3. de Benefic. q. 6. n. 7. Illud autem, sive Tridentini decreta verant; ne Episcopi à presentibus ad parochias presentatos admittantur.

tant, nisi à deputatis examinatos & idoneos repertos, *Sess. 24. cap. 18. §. Cum verò, de Reformat.* idemque de quibusvis beneficiis statuit *Sess. 7. cap. 13. de Reformat.*

76. Sed utrumque hoc communis doctrinæ fundamentum speciosum magis quam solidum est; Prius depromptum ex *c. Cum & plantare cit.* quòd, licet verbò *Representent* corporalis præsentia denotetur, non tamen necessariò denotetur hujusmodi præsentia ipsius præsentati, sed vel ipsius vel ab ipso deputati procuratoris: eademque non exigatur ad præsentationem, sed solummodo ad præsentati institutionem, ut rectè observat *cit. Palao n. 6. in fine.* Posterius etiam; quia eadem ad illam, non ad illam sive præsentationem exposcitur à Tridentino; cum, si præsentatio facta sit intra tempus à Jure præscriptum, subsistat: licet istò jam elapsedò præsentatus examinetur & tanquam idoneus ab Episcopo instituat.

78. Quare *cit. Palao cum Panormit. in c. Ea noscitur cit. n. 3. Azor p. 2. Instit. lib. 8. cap. 21. q. 6.* & aliis pro valida habet præsentationem factam per procuratorem; cum; quòd examen, ut dictum, à Concilio solum exigatur pro forma, non ipsius præsentationis, sed hanc securè institutionis, & quidem in beneficiis parochialibus, non generatim in omnibus, ut plerique observant: tum verò; quòd, si persona notoriè idonea, ejusve idoneitas per examen ante præsentationem susceptum certò cognita sit, illam sublequens examen verisimiliter pro ipsius etiam institutionis forma non exigatur; quia in notoriis forma & solennitas Juris remissa censetur, *arg. can. Manifesta, 2. q. 1. c. Ad nostram 21. de Jurejurando, & Clement. Pastoralis 2. de Sent. & re judic. &c.*

79. Dubium secundò est, an ad præsen-

tandum procurator dari valeat ante indutam beneficii vacationem. Certum est primò, non posse sine speciali mandato; cum præsentatio liberalitas & species quædam sit donationis, speciale mandatum exposcens, *c. fin. de Offic. Vicar. in 6. Panormit. in c. fin. de Concess. præb. non vac. n. 5. & Rochus V. Honorificum, q. 5.* Certum est secundò, cum hujusmodi etiam mandato à patrono etiam præsentate & non impedito, ad clericorum præsentationes occurrentibus beneficiorum vacationibus faciendas procuratorem dari generaliter posse saltem, si eum dantis Patronatus plura beneficia sint subjecta; quòd id ullo Jure prohibitum non reperitur, *Joan. Andr. in c. fin. cit. Lambert. hinc Rubr. lib. 1. p. 2. q. 4. art. 3. Azor p. 2. Instit. lib. 6. cap. 21. q. 6. Garcias cit. cap. 1. n. 19. Laimanin c. fin. cit. n. 3. & Barbosa n. 6.* Certum est tertio, hujusmodi etiam 80.

generali procuratori committi non posse ad certum incertumve beneficium præsentationem certarum personarum expressarum, *arg. c. Relatum 3. & c. Ex tenore 13. de Concess. præb. ne talibus personis, certi incertive beneficii proximè vacaturi consequendi spe sibi facta, ansa præbeatur captanda vel optanda mortis alienæ, ut ad Rubr. cit. n. 11. est dictum.*

81. Quare dubitatio solummodo procedit de patrono, cujus juri unicum beneficium subest, an ad id, cum vacarit, clerici idonei præsentationem, certà personà non expressà, committere possit: cui ansam præbet *c. Constitutus 11. de Concess. præb. non vac.* ex cujus decisione irrita est commissio juris conferendi certum ac determinatum beneficium ab Episcopo facta; quòd eà commissione captanda vel optanda mortis alienæ occasio præbeatur; cum is, qui certo viventis beneficio inhaeret, amicum aliquem subornare possit, ut à collatore (eadem ratio est patroni) id bene-

- ad beneficium conferendi vel clericum ad id, cum vacarit, præsentandi facultatem impetret; itaque collationis vel præsentationis ab illo obtinendæ fiducia alienæ mortis votum aut in eam machinandi consilium concipere possit, ut *ad Rabr. cit.* dictum est *n. 15.* Rationi huic non nihil nec nimium tribuendum; & patrono, cuius juri unicum & necdum vacans beneficium obnoxium est, ad illius vacaturi præsentationem procuratorem constituendi facultas regulariter quidem deneganda, sed excipiendus est casus, quò ille jam procul abfens aut abfuturus est, & verisimiliter timet; ne ipso in remoris agente beneficium vacet; tali enim casu procuratori non solum generali ad omnia negotia deputato, sed speciali etiam, clericum, cum beneficium vacarit, præsentandi potestatem committi de consensu Ordinarii posse, cum Panormit. *in c. cit. n. 6. cit. Rocho q. 5. & Lambert. art. 3. docet Corradus Lib. 4. Prax. Benef. cap. 2. n. 23.* Ratio est; quod tali casu, sicut cæteris rebus suis superesse, sic etiam præsentandi jus exercere per seipsum non possit; ut locus sit beneficio, rebus suis superesse per se non valentibus, indulto *l. 1. §. 2. & 3. ff. de Procurat.*
83. Dubium tertio est de tempore, ad præsentandum competente patronis. Qua in re, licet idem patrono utrique, & laico non minus quam Ecclesiastico competere, primò occurru videri possit, Jure tamen proditum inter illos est discrimen, & laico quatuor duntaxat, *c. Quoniam 3. & c. Cum propter 27.* Ecclesiastico verò sex mensium spatium indultum est *c. Eam te 22. & c. Unico, §. Verum, in 6.* quam inter illos differentiam Equitatis ratio exposcebat; Cum enim patronus laicus variare & præsentato uni alterum, & verisimiliter plures, superaddere valeat, *c. Quod autem 24.* quod Ecclesiastico de-
- negatur, *c. Cum autem cit.* argue in super iste sive Ecclesiasticus, scienter præsentans indignum, præsentandi jure pro ea vice privetur, idque pro ea vice devotatur ad superiorem, *c. Sicut 2. de Suppl. neglig.* ab illo verò sive laico, scienter præsentans indignum, præsentandi jus pro ea vice mitti, ullo Jure expressum non reperitur; sed intra quadrimetris alium idoneum præsentare permittitur *c. Cum vos 4. de Offic. Ordin. ut in ipsius c. text. cum Glossa V. Minus idonea, notant Joan. Andr. n. 1. Imola n. 3. Barboia n. 2. & Fagnanus n. 46. id firmans S. Congreg. Card. Interp. declaratione; quod si patronus præsentatione indigni præsentandi potestatem pro ea vice amitteret, *c. cit.* Episcopus monendus fuisset; ut Ecclesiæ, ad quam minus idoneum laicus præsentare, ad doneo Ecclesiæ statim ipse provideret; non; ut constitueret Oeconomum, qui beneficii fructus collectos custodias & fructus successoribus reservet, Laiman *n. 1. cit. n. 1.* Cum, inquam, hæc ita æquitas poscebat, ut ad præsentandum Ecclesiastico patrono majus temporis spatium concederetur, & quadrimetris, laico competenti, bimetris superadderetur; ut ita in uno gravatus in alio relevaretur, *c. 1. de Præbend. & l. Eam qui 3. ff. de Jurejurando, Vivianus in c. Illud, Verum, in 6.**
- Dubium quarto est, quantum temporis ad præsentandum habeat patronus laicus, quando est Ecclesiastici comparatus. Ratio dubitandi est; quia tali casu variatio laico permittitur; licet ea non competat Ecclesiastico. Unde laico quatuor duntaxat mensium spatium concedit Palao *tratt. 13. disp. 2. p. 5. n. 2.* quantumvis Ecclesiastico sex menses concedantur.
- Sed, sicut communior, sic verior etiam est sententia Glossæ *in §. Verum cit. Lambert.*

Lambertini Lib. 2. p. 2. q. 1. art. 3. Garcia p. 5. cap. 9. cit. n. 210. Selva p. 3. de Benef. q. 21. n. 18. & Barbosa cit. alleg. 72. n. 131. eò casu etiam laico sex menses indulgentium, propter communionem cum Ecclesiastico. Rationem reddunt; quòd, cum res communis omnino indivisa aut non facile dividua est, æquitas postulet; ut focus quoad eam privilegiatus (saltem dignior, arg. c. Quod in dubio 3. de Consecrat. Eccles.) ad se trahat non privilegiatum, & hic commodum consequatur à communionem cum illo, arg. l. Quemadmodum 10. ff. Quemadmodum servit. amitt.

Neque obstat; quòd laicus ad se Ecclesiasticum non trahat quoad variationem; quia ab hoc illi sola commoda, non etiam incommoda communicantur, Zoccius ad hanc Rubric. n. 47. ob specialem favorem juris Patronatus secularis, cui ab Ecclesia non facile derogatur, Fagnanus in c. Quoniam cit. n. 11.

86. Quod si patronus laicus intra quatuor, Ecclesiasticus intra sex menses, ad Ecclesiam vel beneficium vacans presentare, hoc est, Episcopo vel alteri instituendi jus habenti clericum à se designatum offerre (non tantum designare, aut designato presentationis literas dare, Franc. in §. Verum cit. n. 1.) neglexerit, pro ea vice presentandi potestatem amittit; ut Ecclesia vel beneficium ab Episcopo vel alio instituendi jus obtinente conferri pro ea vice liberè possit, c. Quoniam & cit. Neglexerit, inquam; quia patrono ignorantia, Reipublica vel alia causa necessaria absentia, incarceration, tutum accessum ad Episcopum non habenti, excommunicationis aliòve legitimo Juris aut facti impedimento detento à Jure indulgentium quatuor aut sex mensium tempus non currit, c. Quia diversitatem 5. de Consecr. prabend., eamque ob causam di-

fos menses non à vacationis, per obitum, renuntiationem, privationem &c. inducta, sed illius nota, sive à patronis, non quomodocunque, sed certò cognita die inchoandos & computandos, cum Beroio in c. Quoniam cit. n. 54. Franco §. cit. n. 2. monent cit. Rochus V. Honorificum, q. 27. Garcia p. 10. cap. 2. n. 34. & DD. Rotaque decif. allegatis, Barbosa cit. alleg. 72. n. 13. Ratio est; quia privatio potestatis presentandi & beneficiorum devolutio Jure introducta est in odium & poenam negligentia, c. Quia diversitatem cit. ibi; Contra negligentes: is autem, qui vacationis notitiam non habet, aliòve legitimo impedimento detinetur, negligens dici non potest, Panormit. in c. cit. n. 3. Flamin. Lib. 11. de Resignat. q. 13. n. 11. & Gutierrez Lib. 1. Q. Q. Canon. cap. 28. Unde

Dubium quintum nascitur de impedimenti probatione: cujus onus patrono indiscriminatim imminere, suadet ratio; quòd generaliter probatio incumbat ei, qui aliquid affirmat, l. Ei incumbit 1. ff. de Probat. Sed hanc in re locus est distinctioni inter ignorantiam & alia impedimenta; cum enim, ubi scientia non probatur, ignorantiam præsumi, Juris Regula sit 47. in 6. vacationem Ecclesie vel beneficii inductam patronus ignorasse præsumendus est, si ejus notitiam habuisse non probavit is, qui beneficium ob patroni negligentiam ad se devolutum præterdit, cit. Vivianus cap. 2. n. 9. Garcia n. 34. & Barbosa alleg. 72. n. 136. Alia verò impedimenta probandi onus fere incumbit ei, qui illorum aliquò se à presentatione fuisse impeditum, asserit, cit. Palao n. 5. cum talia fere consistant in facto: factum autem regulariter non præsumatur, sed sit probandum, l. In bello 12. §. 2. ff. de Captiv. & postlim. Tuschus Practic. V. Factum, conclus. 10. à n. 1. & Menoch.

C c c c c

88.

89.

Menoch. *Lib. 6. præsumpt. 14. à n. 1.* Quia in re tamen meritò excipiuntur Reges aliique Principes supremi; hi enim, quò minus ad sui patronatùs beneficia clericos præsentent intra quadrimestre, multitudine occupationum bellique & pacis negotiis impediti præsumuntur, *citt. Garcias n. 34. in fine & Barbola n. 37.*

90. Quamvis autem patrono legitime impedito tempus non currat, cessante tamen legitimo impedimento, quatuor aut sex mensium tempus continuum est; ut Primò ab ipso vacationis notæ die, imò hora & momento ad momentù currat, & v.g. primò Januarii die, horâ, & istius momentò, quò vacatio innotuit, ad Ecclesiam vel beneficium à patrono, si laicus usque ad Maji, & si Ecclesiasticus sit usque ad Julii primam diem horæque octavæ idem momentum fieri possit, etiamsi annus sit bissextilis, *citt. Garc. cap. 2. n. 43. & Palao cit. n. 4.*

91. la p. 5. n. 4. Secundò; ut eadem fieri queat diebus ex quacunque causa feriatis, ac proinde festivis Nativitatis & Resurrectionis Domini diebus; cum sit actus extrajudicialis sapiatque spiritualitatem, Vivianus *ad hanc Rubr. Lib. 7. cap. 1. n. 5. & Palao cit. n. 4.* Tertiò, ut fieri possit horis tam nocturnis quam diurnis, eoque, cujus obitu Ecclesie vel beneficii vacatio inducta est, necdum sepultò, *citt. Garcias cap. 1. n. 38. & Corradus Lib. 4. Prax. Benef. cap. 2. n. 80.*

92. Eadem præsentatio, sicut tempore, sic etiam locò quòcunque, etiam extra territorium instituentis, & ubicunque iste reperitur, fieri potest; cum actus sit extrajudicialis, qui extra proprium territorium exerceri potest, Vivianus *cit. cap. 1. cit. n. 9. & Gonzalez ad Reg. 8. gloss. 62. n. 8. & Corradus cit. cap. 2. n. 84.* cessante saltem contradictione; cum, si præsentato vel patrono super præsentatione moveretur lis, institutioni præ-

mittenda cognitio judicialis neque die feriato neque extra territorium instituentis fieri possit, *arg. c. fin. de Constitut. in 6. & l. fin. ff. de Jurisdic. cit. Vivianus n. 9. Barbola n. 147. & Corradus n. 84.*

Dubium sextò est, an, licet inter patronos pendente, tempus currat; ut et intra quatuor, si laicus; vel intra sex menses, si Ecclesiasticus sit, non finitè, beneficium liberè conferri ab Episcopo possit. Non quidem, si lis sit super juris patronatùs proprietate, & litigantium alteri in possessione; tali enim casu ab illo clericum intra quatuor aut sex menses præsentari & præsentatum institui, etiam si pendente, posse, cum Innocentio aliique dictum est supra n. 42.

Sed, si lis super juris patronatùs quasi possessione; vel, si super proprietate quidem sit, sed neuter sit in possessione; aut etiam, si convenire nequeam in personam præsentandi. Quibus casibus præsentationem patroni etiam post quadrimestre aut semestrem competere, habet ratio; quòd Jure indultum tempus non currat, nisi negligentibus, *c. Quia dicitur, sitatem cit. & c. Ne pro defectu 41. de Elect. cum nemo sine culpa suo jure privandus sit & puniendus, Reg. Nemo 21. in 6. negligens autem dici nequeat is qui agit, arg. l. Contra majores 16. juncti Glossa C. de Inoff. testam.*

Nihilominus statuendum est, tunc casu beneficium perinde, ut ob negligentiam devolutum, ad liberam collationem Episcopi pertinere, propter claras decisiones *c. Quoniam 3. in fine. c. Si vero 12. c. Eam re 22. & c. Cum propter 27. ibique Interpp. & DD.* Ratio id statueredi magna fuit; ne, frequenter & læpè temere excitationis ac plerumque diu protractis litibus, Ecclesie magnò periculò animarum & rerum etiam temporalium damnò nimis diu vacarent, causæ, & læpè erig-

etiâ culpâ ipsorum Patronorum, Vivianus in c. *Quoniam* cit. in fine, Covarruvias *Prætic. cap. 36. n. 7.* Gonzalez ad Reg. 8. gloss. 51. n. 112. Garcias cit. cap. 9. n. 217. & Barbosa cit. alleg. 72. n. 161.

94. Tria tamen hęc locò notanda sunt.

Primum est; quòd c. *Quoniam* & aliorum c. cit. dispositio, tanquam à communi Jure exorbitans, ac proinde odiosa, ad alios casus non sit trahenda, Panormit. in c. cit. n. 7. & ibi Barbosa n. 6. Quare ea non procedit Imprimis casu, quò patroni intra tempus ad præsentandum sibi concessum sua jura deduxerunt, & Episcopum requisiverunt; ut controversiam definiret: sicut & casu, quò lis verteretur inter patronum & Episcopum, illò beneficium liberum, illò verò id patronatum esse contendentibus; utriusque enim hęc casu, & priori quidem cum Marescotto *Var. Resol. Lib. 1. cap. 84.* posteriori verò cum Panormit. in c. *Cùm* var. 4. de *Off. Ord. n. 7.* tempus patronis non currere & litis eventum expectandum, tradit Vivianus cap. 3. n. 6. & 16. quia aliàs Episcopus malitiosâ sententiæ dilatione jus conferendi consequi, aut frivola litis protelatione adversarium vincere absque sententia posset, ut advertunt Panormit. l. cit. & Palao cit. p. 5.

97. Deinde eadem dispositio non procedit casu, quò lis est inter duos vel plures præsentatos, eorum quòvis se alteri præferendum contendente; tali enim casu de utriusque jure cognoscendum & pro eo, qui potiori gaudet, est pronuntiandum, Vivianus cap. cit. n. 6. & Barbosa alleg. cit. n. 140. §. *Quartus.* Demum, si non de præsentandi, sed eligendi, conferendi aliòve simili jure controversia sit; cùm, si hoc fiat ob litis motu ultra præfixum à Jure tempus protrahantur, eligendi jus litigantibus perire

& devolutionem ad superiorem fieri, in c. *Quoniam* cit. merito negent Joan. Andr. n. 7. Panormit. n. 6. & Fagnanus n. 21.

Alterum est; quòd, si præsentatio 96. in tempore facta non consequatur effectum, vel ex factò Ordinarii, vel quòd præsentatus eam non acceptarit, vel acceptatæ renuntiarit, aut ante institutionem mortuus fuerit: vel propter defectum occultum ipsa fuerit nulla &c. patrono ad novam præsentationem competant alii quatuor aut sex menses, ab ejusmodi recusationis, renuntiationis, mortis vel cogniti defectus tempore numerandi, arg. c. *Si electio* 26. de *Elect. in 6.* nisi in prædictis fraus aliqua intercessisset, Vivianus *Lib. 7. cit. cap. 4. n. 3.* & Barbosa in c. cit. n. 2. id Rotæ decisionibus firmantes.

Postremum est; quòd ad præsentandum Jure indultum tempus patronis, super juris patronatus quali possessione vel proprietate aut persona præsentanda litigantibus, prorogari ab Ordinario valeat; quia hic jure ad se devoluto in suum tantum præjudicium cedere nupiam prohibetur, imò non obscure permittitur. c. *Sicut* 2. de *Supplend. neglig. Verbis Licet* (patronis præsentationem negligentibus) *ordinare Restores*; nam verbum *Licet* solum ordinandi facultatem denotat, non necessitatem, ut rectè ponderat Lambert. *Lib. 5. p. 2. q. 1. art. 27. n. 3.* In *suum*, inquam, *præjudicium*, hoc est, intra & non ultra semestre, quòd ipse ad devoluti beneficii collationem habet; eò enim lapsè conferendi jus ad superiorem etiam ab ipso devolveretur, c. *Nulla* 2. de *Concess. Prab.* Vivianus *lib. 7. cap. 6. n. 14.* Parisius *Lib. 7. de Resg. q. 29. in fine,* Barbosa cit. alleg. 7. n. 143.

Dubium septimò est, an ad præsentandum patronis à Jure indultum quatuor aut sex mensium tempus coarctari vel

C c c c c 2

proro-



prorogari valeat ab ipsis fundatoribus. Ratio dubitandi est; quia tempus illud præfixum est sacris canonibus, *c. Quoniam* 3. *c. Eam re* 22. *c. Cum propter* 27. & *s. Verum cit.* ea autem, quæ contra leges & sacros canones fiunt, pro infectis habenda sunt, *l. Non dubium* 5. *C. de LL. can. Imperiali* 25. *q. 2. & Reg. Qua contra jus* 64. *in 6.* cum enim contra sacros Canones aliquid statuere nequeant Romanâ inferiorum Ecclesiarum prælati, *can. Institutionis* 25. *q. 2. & c. Quod super* 9. *ibi, Dummodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obviet institutis, de Majorit. & Obed.* multò minùs id poterit patroni tam Ecclesiastici quàm Secularis persona privata; cum generaliter superiori inferior potestas nequeat prævalere, *can. Inferior* 4. *dist. 21. c. Cum inferior* 16. *de Majorit. & Obed. & Clement. Ne Romani* 2. *pr. de Elect.*

At, licet hæc ratio primò intuitu videatur convincens, eâ tamen non obstante DD. passim utuntur distinctione; ut, licet fundator (multòque minùs ejus successores) post fundationem jam perfectam præsentationi à Jure indultum tempus contrahere vel prorogare nequeat; quòd legibus in fundationis limine appositis aliæ adjici de Jure non possint, *arg. l. 4. C. de Donationibus*, cujus *pr. est, Perfecta donatio conditiones postea non recipit*, *Glossa in can. Sic quidam* 2. *V. Perimere*, *to. q. 1.* in ipso tamen fundationis limine patroni pro præsentatione indultum tempus contrahere vel prorogare: & vel quatuor aut sex menses utriusque, vel laico solummodo unum aut duos aut quinque vel sex: Ecclesiastico verò duos tantum aut tres aut ipsos octo menses præfigere, accedente Episcopi consensu, possunt, ut cum *Viviano cit. cap. 1. n. 16.* & *Marc. Anton. Lib. 1. Variar. resol. 112. casu 15.* tradit *Corradus cit. cap. 2. n. 62.*

ex ratione generali; quòd, cum patronus ante Ecclesiæ vel beneficii erectionem reorum suorum moderator & arbiter sit, *l. In re mandata* 21. *C. Mandati*, eorum traditioni, sive in fundationem Ecclesiæ vel beneficii erectionem ac dotationem collationi apponere valeat condiciones, quas vult, dummodo honestæ & Jure reprobata non sint, *l. In traditionibus* 45. *ff. de Pañis*, *Pirrhing ad hanc Rubr. n. 41.*

Neque, ut primò intuitu difficultas ma appareat, adverteatur ratio dubitandi quia Jus sex aut quatuor mensium tempus patronis sic indultit; ut tempus illud contrahi vel prorogari, non vetaret: ut fideles ad pias fundaciones essent propensiores & invitarentur, sicut honestorum & Jure non reprobatarum conditionum aliarum appositionem, sic etiam quatuor aut sex mensium contractum vel prorogationem permitit, aut quatuor vel sex mensium spatium pro iis solis casibus præscripsit, quibus fundator certum tempus præsentationi non præstitit.

Dubium octavo est, an patronus intra quatuor aut sex menses præsentatione negligencibus, beneficii devoluti libera collatio fiat etiam ad eum, cui institutio solùm competit jure speciali, puta ex consuetudine, privilegio vel præscriptioe. Ratio dubitandi est; quòd specialia jura non sint extendenda, *arg. l. Quid quod* 14. *ff. de LL.*

Verùm, quia culpa vel negligentia patris alius nocere non debet, *l. Sine hereditario* 22. *ff. de Negot. gest. & l. Res hereditariam* 65. *in fine ff. de Eccl. vel hereditariam* 65. *in fine ff. de Eccl. vel casu instituendi jus eidem, cui si præsentatio intra debitum tempus facta fuisset, competere, cum Glossa in Clement. Unic. V. Dispositionem, de Renunt. & Per normit. in c. Cum in cunctis* 7. *q. 2. de Elect. n. 6.* docet *Vallen. Lib. 2. de Benef. tit. 20. n. 8.* Quod non obstat delimitur

desumitur ex *c. Unic. §. Ubi verò, Ne sede vacante, in 6.* ubi expressè deciditur casu, quò speciali consuetudine vel statuto beneficii collatio ad aliquem spectat cum consilio Episcopi, & illius consilium ob mortem vel remotam ejus absentiam haberi nequit, illud liberè conferri posse. Cur non pari ratione is, qui speciali jure institutionem præviâ alterius præsentatione obtinet, patronò propter lapsum termini præsentare amplius non valente, beneficium sine ea & liberè valeat conferre? cum aliàs contra *Reg. Nemo cit.* jure suo sine sua culpa & iusta causa privaretur. Huic profectò non obstat ratio dubitandi? cum enim tali casu non tam jus novum acquiratur, quàm prius competens sine ullius præjudicio conservetur, specialis juris extensio fieri dici non potest.

## ARTICULUS VI.

## De Variatione in Præsentatione.

## SUMMARIUM.

102. In præsentatione variatio permiffa est Laico:  
 103. Non etiam Ecclesiastico Patrono:  
 104. Qui tamen duos simul præsentare non prohibetur.  
 105. Ecclesiasticus variare etiam nequit in Patronatu Mixto:  
 106. Et in eo etiam variatio laico permittatur.  
 107. Variandò laicus secundùm Aliquos duos duntaxat:  
 108. Secundùm alios & verius plures præsentare valet,  
 109. Ob specialem Ecclesiæ utilitatem.  
 110. Licit inter duos, à diversis præ-

sentatos, pendente variationi locus non est:

111. Nisi eò colligens præsentetur.  
 112. Valida est jurata cessio juris variandi:  
 113. Non tamen obstat valori variationis,  
 114. Præsertim, quâ primò præsentato notabiliter dignior additur.

**V**ariare patronus dicitur, quando post unius clerici præsentationem Episcopo vel alteri Prælato, instituendi jus habenti, jam oblatam eidem ad idem beneficium alium præsentat. Quod, licet post primò præsentati institutionem nemini liceat, *arg. c. Quod autem §. quia per institutionem jam plenum jus acquisitum est præsentato, c. Si tibi absentis 17. de Præbend. in 6. Azor Instit. p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 13. & Barbosa in c. Quod autem cit. n. 2.* ante institutionem tamen patrono laico permiffum est: non quidem privativè sive; ut à prius præsentato clerico idoneo valeat recedere: sed cumulativè sive; ut prius præsentato ejusmodi clerico secundum etiam idoneum superaddere possit, *c. Cum autem 24. ibi, Cum postulaveris, eò non resuratus, alium aqùè idoneum admitti.* Quin, si talis patronus post clerici etiam idonei præsentationem decedat, ab ejus hærede & in patronatûs jure successore alium præsentari & ei, qui à defuncto præsentatus est, superaddi posse, rectè observat Vivianus *de Jure Patronat. Lib. 12. cap. 5. n. 35.* cum enim hæres in defuncti jus omne succedat, *l. Hæredem 59. §. l. Hæreditas 62. ff. de R. I. & ad successorem in re singulari omnia huic annexa jura transeant, arg. l. Pro emptore §. l. 2. §. 20. ff. Pro emptore & l. Unic. V. Hoc tantum; c. de Usucap. trans. form. ad*

Ccccc;

form. ad patroni heredem, & ad singularem ejus successorem in patronatu omnia patronis laicis competentia, ac proinde etiam variandi jus transibit; quod hoc ullo Jure exemptum non reperitur.

103. Dixi; *Laico*; quia patrono Ecclesiastico variatio non conceditur: sed ab eo primò præsentatus, sicut prior tempore, sic etiam jure potior est & instituendus. Unde hujusmodi patroni præsentatio vim habere dicitur electionis; quòd, sicut publicatò scrutiniò in ista, *s. Publicato 58. de Elect.* sic in illa, superiori jam oblatà, locus non sit variationi, Panormit. in *c. Cum autem cit. n. 3.* ubi Fagnanus *n. 19.* & Barbola *de Off. Episc. alleg. 72. n. 154.*

Ratio differentiae, inter utrumque patronum à Jure prodita, ex variis, quas DD. reddunt, ea, nisi fallor, vera est; quòd Ecclesiasticus non præsentet jure & nomine proprio, ut laicus: sed jure & nomine Ecclesiae, cujus actus firmiores oportet esse, *arg. c. Inter 2. de Translat. Episc. & Clement. Unica, de Renuntiati.* & quia ad præsentandum amplius scilicet sex mensium spatium habet, & cum clericis assidue conversatur, idoneum invenire & noscere facilius posse præsumatur, quàm laicus, quatuor duntaxat menses habens ad præsentandum, Lambertinus *Lib. 5. p. 2. q. 7. art. 1.* Barbola *alleg. cit. n. 155.* & Gonzalez *in c. Quod autem cit. n. 4.* Unde

104. Dubium oritur primò, an patronus Ecclesiasticus duos præsentare etiam non possit simul. Non posse, cum Glossa in *Clement. Plures 2. V. Præsentare* asserit Lambertinus, *p. 2. cit. q. 3. art. 8.* eà ductus ratione; quod ejus præsentatio juxta dicta habeat vim electionis: plures autem eligi ab uno etiam simul non possint, per textum & Glossam *c. In electionibus 2. V. Alternativa, de Elect. in 6.*

Verùm, quia hujusmodi patroni præsentatio electioni non æquiparatur quoad omnia: sed quoad effectum, quòd unius præsentatione superiori oblatà, sicut scrutiniò publicatione factà, locus amplius non sit variationi, ut oblatæ Rochus de Curte *V. Honorificum, q. 9. n. 34.* idcirco duos simul aut alternativè præsentari etiam ab Ecclesiastico posse, idem existimat, relictis aliis: quos loci sunt Garcias *p. 5. de Benef. cap. 9. n. 21.* & Vivianus *Lib. 10. cap. 5. n. 4.* quia si multanea duorum aut plurimum præsentatio variationem, soli patrono laico permissam, non constituit, neque institutionem arguit in præsentante.

Dubium secunde est, an patrono Ecclesiastico variatio sive successiva duorum præsentatio permessa non sit in Patronatu Mixto, sive quando laicum habet compatronum. Ratio dubitandi est; quòd, cum tali casu compatronus laicus propter ejus societatem sex menses habeat ad præsentandum, æquum sit; quòd vicissim ipse participet jus variandi: quia privilegiatus non privilegiatum adimit, juxta dicta *n. 61.*

Verùm, quia hæc ratio in privilegiato solum digniore, ut respectu loci laici Ecclesiasticus est, procedit, ex eo quòd hic ad se trahat laicum, non recedat, infertur, etiam ab isto ad se illum trahi. Unde in proposito casu Ecclesiasticus variare non poterit, sive ab ipso diversus, sive idem, qui à laico, ad beneficium sit præsentatus. Imò posteriori hoc casu variare etiam non poterit laicus, cum; quia in concordem unius præsentationem consentiendò tacite ad perseverantiam se obligasse censetur: tum verò; quia sic præsentatus pro se habet duo suffragia; & propterea tanquam potior jure præfertur ei, qui ab uno solo potest præsentari, *arg. c. Quoniam 3. ibi, Qui plurimo.*

plurimorum probatur assensu, Panormit. in c. Cum autem cit. n. 4. Barboſa cit. alleg. 72. n. 166. & Vivianus Lib. 10. cap. 1. n. 26. asserens, id etiam procedere casu, quò duo compatroni laici præsentant eundem.

106. Aliud esset, si laicus & Ecclesiasticus compatroni præsentarent diversos; cum hoc casu, licet variatio non competat Ecclesiastico, laico tamen permittatur; ut prius præsentato alium superaddere possit, Lambert. Lib. 5. p. 2. q. 7. art. 13. n. 4, quia à variationis jure huic competente casus iste non exceptus: neque æquum est; ut privilegio suo privetur propter Ecclesiastici adjunctionem, Palao Tract. 13. disp. 2. p. 6. n. 7. Neque refert; quòd tali casu Ecclesiastici instar reputetur à Glossâ fin. in c. Unic. in 6. quia talis quoad focii commoda duntaxat; non etiam quoad favoris, à Jure sibi competentis, privationem censetur, Zæsius ad hanc Rubr. n. 47.

107. Dubium tertio & celebris controversia de patrono laico est, an præsentando variare valeat tantum semel; ut primo præsentato secundum duntaxat, ut cum cit. Rocho q. 10. Lambertino art. 23. & Viviano cap. 4. volunt Barboſa in c. Cum autem cit. n. 2. Fagnanus n. 8. & in c. Quod autem cit. Gonzalez n. 6, vel lapsus, illi addendò tertium & quartum, ut cum Glossâ in Clement. cit. V. Plures, Zabarella in c. Pastoralis 29. & Decio in c. Quando 3. de Judiciis à n. 32. Azor p. 2. Institut. Lib. 6. cap. 21. q. 13. & Zæsius l. cit. n. 48. defendunt. Priores se fundant in c. Cum autem c. Quod autem c. Pastoralis cit. & c. Cum dilectus 28. qui textus de Alio tantum & de Secundo præsentato loquuntur. Rationem reddunt; quòd facultas simpliciter data primò actu finiatur, arg. l. Bores 89. §. 1. ff. de V. S. præsertim in

materia odiosa: cujusmodi variandi facultatem esse, clarè desumitur ex Clement. Unic. de Renuntiat. verbis, Cum illuso & variatio in personis Ecclesiasticis maximè sint vitandæ, ubi Glossâ dictionem Maximè (quæ speciem oppositam implicat, Barboſa Usufrequent. dist. 197. n. 5.) ponderans, ait, idem in laicis obtinere; quia variare sententiam & mutare consilium levitatem sapit & temeritatem, inquit Baldus in l. Jus Civile 6. ff. de I. & I.

Similibus fundamentis nituntur posteriores: Et ex Jure quidem allegant Clement. Plures cit. eodem modò & sensu asserentem, plures præsentari, & plures esse patronos: quos esse tres quatuorve & plures posse, Juris est omnino explorati. Neque dicas, textum hunc exaudiendum de plurium præsentatione simultanea, cum; quia ista, ut jam monui, non constituit variationem, & patrono etiam Ecclesiastico est permittitur: tum verò; quia à pluribus compatronis laicis plures simul præsentari ante Clementem V. potuisse, liquet ex c. Quoniam 3. ut ab isto ipsis permittitur de novo tantum fuerit præsentatio plurium successiva. Ratione verò; quia plurium præsentatio laicis permittitur propter utilitatem Ecclesiarum, Ut his facilius provideatur, Clement. cit. junctâ Glossâ V. Ex eadem: utilius autem Ecclesiis est, si à laicis tres quatuorve, quàm si solummodo duo præsententur; cum eam variandò à prius præsentatis non recedatur, c. Quod autem cit. sed ex iis electio permittatur Episcopo, ad instituendum digniorem obligato, c. Quoniam cit. facilius & melius Ecclesiis de Clericis idoneis poterit provideri. Quare permissio variationis facta laicis, clericorum qualitates & Ecclesiarum atque animarum necessitates minus, quàm Ecclesiasticis habentibus

108.

109.

bentibus perspectas, extendenda potius quam restringenda videri potest.

Ex duabus his Opinionibus, sicut neutram claro Juri & receptis principiis aperte contrariam, & utramque probabilem, sic posteriorem ratione spectatâ cenfeo veriore, præsertim cum textus contra eam allegati de *Alio & Secundo* narrative duntaxat, & de numero nihil disponendô, loquantur: & præ iis standum sit *Clement. cit.* plurium præsentationem diserte permittere, *arg. c. 1. de Constitut. in 6. § 1. Sed & posteriores 28. ff. de LL.* Neque vim habet ratio; quia de variatione Exclusiva procedit: non de Cumulativa, quæ non laicis patronis magis, quam Ecclesiis, utilis est.

Neque hinc rectè inferitur, eam patronis etiam Ecclesiasticis fuisse permittendâ; cum enim isti digniorè præsentandi majorem obligationem, meliorem notitiam peritiâque, & amplius tempus habeant, præsentatô unô, quem aliis digniorè judicâse præsumuntur, variare & secundum præsentare meritò non permittuntur *Clement. in contrarium cit.* in qua dictio *Maximè* non ad vocem Ecclesiasticis antecedentem, sed ad verbum *Vitanda* subsequens referri potest: & relata idem denotat, quod dictio *Maximè*, & speciem oppositam non implicat, ut consideranti patet.

**110.** Dubium quartò de laico est, an variare etiam possit, lite inter duos à diversis, hoc est, inter unum à se, & alteram ab alio, præsentatos pendente. Non quidem, si collitigantium unus jam sit institutus; cum hoc casu variationi locum non esse, exploratum & clarè proditum sit *c. fin. Ut lite pend. in 6.*

Ante institutionem autem à laico variari, & collitiganti à se præsentato alium superaddi posse, cum Joan. Andr. in *c. 1. eadem Rubr. in 6.* exillumat Lam-

bertin. *Lib. 2. p. 1. q. 6. art. 12.* quòd hujusmodi patrono variandi jus *ca. cit.* indistinctè adstruatur, eorundem dispositioni derogatum non sit *c. 1. § c. fin. Ut lite pend. in 6.* cum illorum textuum priori Bonifacius VIII. expressè tantum loquatur de electionibus, non admittentibus variationem, *c. Publicatio cit.* posteriori autem sermo quidem de præsentatione, sed eò tantum casu sit, quòd collitigantium alter institutus & in possessione fuit: & quia antiquum Jus corrigi, trahendus non sit ad casum, quòd neuter est institutus.

Sed melius cum Rocho *V. Honorificum cit. q. 23. n. 53.* Covarruvias *Prædic. cap. 36. n. 7. V. Tertio*, & *Canon. cap. 9. cit. à n. 217.* rem hanc expressè adhibita distinctione: & licet duobus collitigantibus à laico variante tertium superaddi posse, negent ex ratione, propter quam *c. 1. § c. fin. cit. electio & præsentatio, lite pendente facta, irritatur*; ne scilicet, novò adveniente per hujusmodi præsentationem litigantibus superadditò, lites cum Ecclesiis multiplicentur & prorogentur: pro tertia tamen habent præsentationem, quòd patronus laicus variandò à se præsentato superadderet huic collitigantem, quòd alio suo compatrono præsentatum; quòd tali casu collitigantibus non additur novus adversarius, & cum ipsa ratione *ca. cit.* dispositio cessat; cum hujusmodi variatione pluribus votis in eundem collatis lis potius tollatur aut abbrevietur, quàm augeatur vel protrahatur. Atque ita à Rota pluries decisum, testis est *Guercias cit. n. 120.*

Dubium quintò de eodem est, an variare possit, non obstante juramento, quòd præsentato clerico se non variaturum promissit. Qua in re Negativam contra Immolam *Lib. 3. consil. 16. cum Rocho V. cit.*

*P. cit. q. 12. n. 37.* propugnant Covarruvias in *c. Quamvis 2. de Patro. in 6. p. 5. 2. n. 7. V. Hu tamen & Gutierrez de Jurament. p. 3. cap. 5. n. 13.* ejusmodi juramentò imò & promissione simplici standum, asserentes non tantùm patrono, sed ipsi etiam Ordinario instituenti. Patrono quidem; quò juramentum à Jure nusquam reprobatur, neque præjudicium afferat tertio, aut in salutis dispendium vergat; & propterea locus sit Regulæ traditæ *c. Cùm contingat 28 de Jurejurando & c. Quamvis sit.* & simplici promissione de presentatione alternative faciendâ stare debeant compatroni, *Clement. Plures cit.* Cur non etiam juratâ promissione de non variando? Ordinario verò; ne, si non primò præsentatum, sed eò præteritò alium, insuper habitò ejusmodi juramentò vel promissione, superadditum instituat, patroni perjurium approbare ejusque peccato cooperari videatur, *arg. c. Mulier 34. de Jurejurando. Vivianus, id à Rota decisum, asserens Lib. 10. cit. cap. 2. n. 6.*

113. Sed, ut hæc vera & in praxi tenenda sint, casu tamen, quò à patrono alius contra juramentum & fidem datam præsentatus ab Ordinario institueretur, institutionem validam fore, cum Imola existimat Covarruvias *cit. n. 7. V. Prædicta*, perinde fere, sicut Titius, post imita & juramentò firmata sponsalia cum Bertha, matrimonium validè contrahit cum Caia, *c. Sicut 22. de Spons. & Matr.* etiam si juramentum & fidem datam observare ipse, ejusque huic contravenire volentis matrimonium impedire potius, quam ei assistere parochus debuisset, *c. fm. §. Sanè, de Clandest. despons. Zoësius ad hanc Rubr. n. 49.*

114. Excipiendus tamen videtur casus, quò primò præsentatus non esset idoneus;

tum enim (uti &, si secundo præsentare vellet alium, priori evidenter digniorem) propter utilitatem Ecclesiæ patronum à juramento absolvi, & ad idoneum vel ita digniorem præsentandum admitti posse, idem notat *n. 7.*

## ARTICULUS VII.

## De Personis præsentandis.

## SUMMARIUM.

115. *Præsentanda est persona capax institutionis.*  
 116. *Non tamen patronus à seipso:*  
 117. *Licet ab ipso præsentari valeat Filius & Pater.*  
 118. *Sui patronatus beneficium consequi patronus liberâ Episcopi collatione,*  
 119. *Et compatroni presentationem approbandâ potest.*  
 120. *In presentatione ratio habendâ etiam est juris specialis:*  
 121. *Quò incapax presentatio aliquando irritatur ad instantiam,*  
 122. *Aliquando ipso Jure irrita est.*  
 123. *Cùm fundatio præfert consanguineis fundatoris huic proximioribus*  
 124. *Et verisimilius etiam ab eo remotior præsentari potest.*  
 125. *Cùm eadem præfert proximioribus, ea non de ultimi possessoris beneficium:*  
 126. *Sed ipsius fundatoris proximioribus exaudiendâ,*  
 127. *Secundum graduum non Canoniceam,*  
 128. *Sed Civilem computationem.*  
 129. *Ad beneficium fundatum pro consanguineis etiam spurium, Apostolicò:*  
 D d d d 130. Imò

130. Imò & Imperiali rescriptò legitimus, admittitur.
131. Qui dignus & dignior Jure sit.
132. Presentans indignum privari pro ea vice potest jure presentandis.
133. Nonnullis casibus exceptis.
134. Vi fundationis aliquando dignus preferendus est digniori.
135. Regulariter ad beneficia curata dignior ab Ecclesiastico:
136. A laico saltem dignus est presentandus.
137. Ad simplicia dignum presentandò etiam Ecclesiasticus satisfacit.
138. In Foro saltem Externo.
139. Gratificatio locum habet, cum ab eodem plures presentati dignitate aequales:
140. Cum inaequales sunt, instituendus ex iis est dignior.
141. Vel presentatus numerò suffragiorum.
142. Etiam respectu aliarum partium majori.
143. Inter duos aequè dignos, à diversis presentatos, locus est gratificationi.
144. Secundum aliquos etiam tertii institutioni:
145. Verius presentatorum alter instituendus est.
146. Duobus casibus exceptis.
115. **P**resentari ad Ecclesiastica beneficia vacantia à patronis debent personae capaces institutionis: cujusmodi non sunt laici; clerici conjugati, Censurà, Irregularitate, vel crimine aliquò, privationis beneficii, depositionis, degradationis pœnam inducente, irretiti, ut *Lib. 1. Tit. 14. à n. 40.* est explicatum.
116. Præterea patronus presentare nequit seipsum, quantumvis aliàs benefi-

ciò dignus præ aliis esset, *c. Per nostras 26. hâc Rubr. & c. fin. de Institut.* quibus locis inter presentantem & presentatum exigitur distinctio personarum. Unde etiam sui presentationem patronus facere nequit per procuratorem à se constitutum; quia etiam sic presentari celessetur à se ipso, *arg. Reg. Qui facit 71. in 6.* Neque etiam ab alio, cui ipse sui patronatus non perpetuus, sed pro illa donat. taxat vice donasset; quò donatio in fructum ita facta præsumatur, ut à donatorio presentetur ipse Patronus, ut cum Lambertino *Lib. 2. p. 1. q. 8. art. 11. & Viviano Lib. 6. cap. 9. n. 22.* tradit. Bona *de Offic. Episc. alleg. 72. n. 91.* pro hac & vera Opinione sua allegat. Borchum *de Curte V. Ipse vel is, q. 10. n. 37.* qui tamen extra casum, quò sui patronatus alteri, ut procuratori conceditur, contrarium tenentibus non obstat accedit, *l. cit. in fine.* Unde

Dubium oritur primò, an pater filium presentare etiam nequeat filium. Dubitandi ratio est; quòd filius & pater Jure una eademque persona reputatur, *l. fin. C. de Impub. substitut. & c. na caro, can. Contradicimus 33. q. 3.* eamque ob causam filius quidquid patris in patre acquirit, non sibi, sed patri acquirit, *§. 1. Instit. Per quas personas &c.* Unde pater presentandò filium in effectu presentare videretur seipsum, contra *c. Per nostras & c. fin. cum. de Benefic.*

Nihilominus à patre etiam filium, & ab hoc illum presentari ad beneficium posse, cum Glossa *in c. Consultatus 15. v. Auctoritate & Panormit. ibid. n. 3.* Paolo de Citadino *de Jure Patronat. p. 4. n. 3. & cit. Lambertino Lib. 2. p. 1. q. 8. art. 12.* ceteri DD. magno contentu defendunt, *arg. c. Consultatus cit. ex causa de fidei pœne, laicis prohibente, ne filius*

fuis propria autoritate Ecclesias concedant, à contrario ductò argumentò legitime inferitur, has illis concedi posse auctoritate Episcopi, ab iis præsentatos, sicut extraneos, sic etiam filios instituentis; quia *c. cit.* inhibita est sola concessio sive libera collatio; nupsiam autem præsentatio, quæ proinde permisa censetur, *arg. c. Cum apud 23. de Spons. & Matrim. præsertim;* cum pater in filium, & ille in patrem suffragium sive vocem electionis conferre permittatur, *arg. l. illud §. ff. Quod cuiusque universi. nom.*

Neque aliud evincit ratio in contrarium allata; quia filius pro una eademque persona cum patre habetur solummodo in casibus Jure expressis: cujusmodi collatio, electio, præsentatio non sunt. Neque huic acquirit in spiritualibus; cum in his veritatis potior quam fictionis ratio sit, Archidiacon. *in c. Umic. de Voto, in 6.* sed tantum in temporalibus, scilicet bonis Profectiis & in Adventitiis quoad usumfructum, §. *cit.* & *l. Cum oportet 6. C. de Bonis, qua liberis.*

118. Quin sui etiam patronatus beneficium consequi patronus ipse potest. Imprimis, si Episcopus vel alius Prælati, ad quem institutio spectat, ei ad se vocato idvacans conferat motu proprio, & patronus consentiat conferenti, Panormit. *in c. Per nostras cit. n. 3.* & Vivianus *cap. cit. n. 6.* Dein, si, ut sibi conferatur, oblati precibus supplicet Episcopo vel alteri collatori, & iste deferat supplicanti, ut cum iisdem & Lambertin. *q. 8. cit. art. 3.* tradit & variis Rotæ decisionibus firmat Barbosa *in c. Per nostras cit. n. 5.* Demum etiam, si habeat unum vel plures compatronos, & ab his facta sui præsentationi consentiat, Glossa *in c. Consuluit cit. ubi Panormit. n. 4.* & Rochus *V. Honorificum, q. 4. n.*

20. quos pluribus relatis sequitur Barbosa *in c. Consuluit cit. n. 4. arg. c. Cum in Jure 33. de Elect.* ubi compromissarii permittuntur eligere unum ex seipsis, & eorum quilibet aliis suffragium in se conferentibus consentire. Ratio est; quia sic facta patroni præsentatio originem non ducit ab ipso, contra *can. Didicimus 14. q. 1.* sed ab aliis eam inchoantibus, ut iidem cum Riccio *in Praxi, Resol. 179.* & Ugolino *de Offic. Episc. cap. 51. §. 2. n. 1.* advertunt.

Non solum Communi, sed speciali quoque *vg. fundacionis, seu primæve* 120. beneficii institutionis, statuti, consuetudinis vel privilegii jure spectatò, beneficii capaces clericos præsentare patronus debet; ut, si speciali hujusmodi jure beneficium à fundatore pro descendentibus, ejus consanguineis aut hæredibus, ex certa familia, loco, vel provincia oriundis, gradu literariò insignitis, aliæ qualitate præditis fundatum sit, tales ad illud præsententur, & alterius ad illud facta præsentatio obnoxia sit rescissioni, vel ipsò jure irrita, *cit. Rochus V. Honorificum, q. 18. in fine. Lambertin. Lib. 2. p. 3. q. 5. art. 4. n. 8. & Gutierrez Lib. 2. Q. Canon. cap. 11. n. 37.* Unde

Dubium secundum oritur, an al- 121. terius præsentatio irrita vel irritanda etiam sit, quando eorum, qui speciali jure spectatò, præsentandi essent, nemo contradicit. Quod, licet indiscriminatim affirmandum aut negandum videatur, Garcias tamen *p. 7. de Benefic. cap. 15. n. 6. & 10.* & hunc secutus Palao *Tract. 13. disp. 4. p. 9. n. 4.* distinctione utuntur: & hujusmodi præsentationem quidem subsistere ajunt, quando certa qualitas in clerico præsentando expolcitur solò favore personarum, ejusmodi qualitate præditarum, *vg. fundatoris consanguineorum, ex certa familia, loco, vel*

D d d d a

provin.



- provincia oriundorum, & istorum, extranei præsentationem non ignorantium, nemo se opponit aut contradicit; quòd favori pro se principaliter introducto renuntiare præsumantur, *arg. Reg. Qui tacet 43. in 6. & Jure permittantur c. Side terra 6. Privileg. Et Si quis 29. C. de Paliu.*
- ¶ 22. Si verò certa qualitas v.g. literarius gradus aut certum tempus studiorum, Theologici vel Juridici, exigatur favore ipsius Ecclesiæ vel beneficii, ut scilicet isti de persona magis idonea provideatur, vel alius obligationibus melius satisfiat, personæ eâ qualitate non prædixæ præsentatio irrita est, licet aliorum eâ qualitate præditorum nemo contradicat; quòd, sicut Reipublicæ, sic & Ecclesiæ & Ecclesiastici beneficii favor sit publicus, *l. 1. §. 2. V. Publicum ff. de I. & I. Et l. fin. C. de SS. Eccles. favori autem & Juri publico privatorum nemo valeat renuntiare, l. Jus publicum 38. ff. de Paliu & c. Si diligenti 12. de Foro compet.*
- ¶ 23. Dubium tertio est, an, cùm fundator aliquem ex consanguineis vel de progenie sua capacem præsentandum expressit, ipsius in patronatûs jure successor præferre proximior debet, vel quem vult, etiam remotiorem præsentare possit. Ex obligatione proximior præsentandum, cum Lambert. *cit. p. 3. q. 5. art. 4. n. 12.* volunt Garcias *cit. cap. 15. n. 17.* & Gutierrez *cit. cap. 11. n. 38.* quòd præsentatio tali casu, non libero arbitrio, sed iudicio regulato commissa intelligatur; ut, quem fundator prædilexisse præsumitur, successor præsentare teneatur: ille autem prædilexisse præsumatur proximior; cùm, quoties testator gradum non expressit, præferatur proximior, & remotior excludatur, *Nozwell. 118. cap. 3. pr. & Feudor. Lib. 2. tit. 10. ad finem.*
- ¶ 24. Sed, licet hoc in feudorum & in

testatorum successionebus ita sit, verò milititer tamen in proposito casu remotior præsentari à patrono posse, cum Rodriguez *Summa Tom. 1. cap. 106.* Lullinet Palao *cit. p. 9. n. 5.* & defendit Card. de Luca *de Jure patronat. disc. 45. n. 3.* eâ ducti ratione; partim, quòd fundator ipsa commissione, quâ occurrente vacationis casu, consanguineorum vel de progenie sua aliquem, sine propinquioris vel remotioris gradûs mentione, præsentandum expressit, electionem sibi in patronatu successoris arbitrio permittit intelligatur; cùm præsentationes ita committendo commisisse intelligatur; ut præsentet consanguineum idoneum, quod sibi placuerit, *arg. l. Unum de Familiis §. 1. & 2. ff. de Legat. 2.* partim; quòd ita liberalior fuerit in successorem patronum, quem non gravavit necessitas, sed liberæ ac liberalis electionis beneficii honoravit: partim etiam; quòd utrobis longè sit Ecclesiæ: cui, si præsentatio non restringatur ad proximior, de idoneo ac digniore clerico facilis provideatur. Accedit; quòd sic facultas variandi, ob Ecclesiæ utilitatem laici indulta, hujusmodi patrono adempta non sit à testatore: neque ab ipso, cùm non expressit, adempta dici debet; ut ejus dispositio Juri communi magis conformetur, secundum Regulam traditam à Cleo *§. Testamentum. q. 76. n. 11.* & Menochio *Lib. 4. presump. 73. n. 3.*

Dubium quarto est, an, cùm fundationis instrumento consanguineus proximior dicitur præsentandus, id de consanguineo proximior fundatoris vel ultimi possessoris beneficii sit exaudiendum. Ratio dubitandi est; quòd in majoribus ac primogenituris attendatur proximitas ultimi possessoris, & ingreditur una lineâ, ad aliam regressus non factus, antequam ex prima deficiant descendentes, Tit.

ees, Tiraquell. de Primogeni, q. 40. Sed, quidquid sit de successione in majoratu, primogenitura, feudo & fideicommissio, ad vacans hujusmodi Gentilitii patronatus beneficium consanguineorum fundatoris, non possessoris seu beneficiati ultimi proximioris presentandum, verius est; quod beneficia Ecclesiastica non, ut majoratus ac primogenitura, successione hereditaria deferantur, *can. Apostolica 7. can. Si ergo 8. q. 1. & c. 1. de Præbend. & dignit.* sed Ordinarii collatione, conformi voluntati fundatoris; qui, cum propinquioris præferat, præferre semper præsumitur sibi propinquioris. Ita cum Lambert. *cit. p. 3. q. 5. art. 4. à n. 12.* praxi tribunalium, Rotæque decisionibus allegatis, *cit. Garcias n. 20. Palao n. 6. & Card. de Luca n. 6.* Casu, quò cum duorum fundatori æque propinquorum alter per masculinam, alter per foemininam lineam ab illo descendit, patroni arbitrio & libera electioni præsentationem relictam, asserit *cit. Garcias n. 15.* & verisimilius negat Palao n. 7. ex fundatoris mente per masculinam lineam descendentes præsentationem faciendam, adstruens; quòd istum propter conservationem agnationis prætulisse, præsumatur.

127. Dubium quintò est, an, cum consanguineus proximior præsentandus est, præsentatio debita sit proximiori secundum computationem Canonica[m] vel Civilem; quòd non levis est momenti, & de consanguineis collateralibus movetur; cum ex Titii fundatoris collateralibus duo secundum Canonica[m] æquali gradu à Titio distare possint, qui secundum Civilem computationem distant inæquali; sic enim Titii frater & ex alio fratre nepos secundum computationem Canonica[m], in collateralibus gradibus distantiam desumentem ab eo, qui à communi stipite est remotior, æquali scilicet secundò gradu

Titio conjuncti sunt; quòd eorum remotior à stipite communi, scilicet Titii patre, secundo gradu distet: secundum computationem autem Civilem, in collateralibus generationes, quæ inter personas intercedunt, vel personarum, unà demptâ, numerum attendentem, Titio frater secundò, & ex alio fratre nepos tertio gradu conjuncti sunt; quòd inter Titium & ejus fratrem intercedant duæ generationes sive, quòd à Titio ad ejus fratrem tres, & ad nepotem ex fratre inclusivè perveniendo quatuor, ac proinde unà demptâ, respectu fratris duæ, & respectu nepotis ex fratre tres remaneant personæ, juxta Regulam tradendam *Lib. 4. tit. & n. 14.* Quò supposito

In proposito casu eum, qui secundum computationem Canonica[m] proximior est, præferendum sustinent Cavall. *Commun. q. 398.* & Steph. Gratianus *Discept. Forens. cap. 77. à n. 10.* eâ ducti ratione; quòd beneficia non deferantur jure hereditaria successione: eorum causæ sint Ecclesiasticae, judicioque Ecclesiastico & secundum sanctiones Canonicas decidendæ; ac proinde in proposito casu graduum computatio Canonica præferenda sit Civili.

Sed melius hac in re computationi Canonica[m] Civilem, & hæc spectatâ proximioris præferunt ac presentandum, cum Felino *in c. Ex literâ 11. de Constitut. n. 4.* & Benedicto *in c. Raynucius 16. de Testament. V. Et uxorem, n. 85.* defendunt *cit. Garcias n. 25. & Palao n. 10.* solidâ nixi ratione; quòd computatio Canonica in matrimoniis contrahendis: in successione autem & juribus gradu proximiori debitis Legalis graduum computatio in Foro etiam Ecclesiastico & ipsis Romanae Ecclesiæ terris attendatur, *can. Ad sedem 35. q. 5. Alex. de Nevo in c. fin. de Consang. & Affinit. n. 5.* Covarruvias

D d d d z ruyias

ruvias p. 2. de Sponsal. cap. 5. §. 6. n. 8. & Sanchez Lib. 7. de Matrim. disp. 50. n. 8. beneficium autem consanguineo proximiori fundatoris, ex istius voluntate debitum, licet collatione Ordinarii & non merâ successione hæreditariâ acquiratur, ad istius tamen modum & sicut alia jura proximiori consanguineo assignata, deferatur; ac proinde proximitas eodem, quò in his modò sit investiganda. Unde pro Canonica computatione deducta ratio evanescit.

129. Dubium sextò est, an ad beneficium, fundatum pro consanguineis vel descendibus, præsentari valeat illegitimus & spurius, ad obtinenda beneficia dispensatione Apostolicâ habitatus. Præsentari aliorum consanguineorum instar talem posse, si legitimatus sit rescriptò Papæ, plerique concedunt; quòd talis legitimatio in rebus Ecclesiasticis præstet, quidquid præstare potest legitimatio Principis secularis; cum per illam illegitimus natalibus quoad Ecclesiastica plenè restituitur; ut, si ex fundatore præsentandus sit consanguineus proximior, ipse ab eoque descendentes remotiori consanguineo legitimo præferantur, Navarrus ad hanc Rubr. consil. 4. & cit. Garcias n. 46.

130. Si legitimatus sit rescriptò Principis secularis, an ad beneficium consanguineo relictum præsentari valeat, dubitandi ratio est; quòd hujusmodi Principis legitimatio ultra successiones, honores, aliosque temporales effectus non porrigatur, arg. c. Decernimus 2. c. Quantò 3. de Judiciis Sc. Verius tamen etiam talis legitimatio ei proficit, ut ad beneficium pro consanguineis relictum præsentari possit, si ad beneficia sit dispensatus; quia, secularis Principis rescriptò legitimatus ad temporalia, de fundatoris familia & parentela esse intelligitur; ut nihil obstet, quò minus ad beneficia pro consan-

guineis erecta præsentetur, postquam beneficium capax redditus est Apostolicâ dispensatione, cit. Garcias n. 47. & Palanum, 11.

Dubium septimò est, an patronus præsentare teneatur digniorem. Dignus autem censetur, in quo non desideratur ulla qualitas in beneficiato, spectatâ tantum naturâ ipsius beneficii, quam fundatoris mente, requisita. Unde dignior est, in quo qualitates illæ excellunt; ut consideratis omnibus aptior esse judicatur ad obtinendum officium annexum beneficio, cui est præficiendus, Palao Tract. 13. disp. n. p. 7. n. 5. & Pirrhing ad Decretal. Lib. 3. tit. 5. n. 98. Quò præmissò

Certum est primò, quemcumque tam laicum quam Ecclesiasticum patronum graviter obligari ad præsentandum dignum, ut liquet ex Trident. Sess. 24. cap. 18. de Reformat. Imò patronum Ecclesiasticum, si sciens indignum præsentaverit, jure præsentandi pro eo visum privari, arg. c. Cum in cunctis 7. §. in de Elect. Ecclesiasticum, inquam, & Sacerdot. Prius; quia laico propter jus variandi alterius præsentationem non solum non videtur sed etiam postquam ab ipso præsentatus tanquam indignus repulsus est, permissum censet Panormit. in c. Cum vos 4. de Offic. Ordin. n. 1. & §. quem multis relictis loquitur Barbosa in cit. alleg. 72. n. 103. Posterius; quia etiam Ecclesiasticus indignum præsentans ignoranter, non videtur repulsus, alium præsentare intra semestre potest, Azor p. 2. Instit. lib. 6. cap. 22. §. in fine. Imò etiam, si indignus scienter præsentatus intra semestre repellatur, alterius præsentationem ei permissam, censent Lessius Lib. 2. de J. & J. cap. 34. n. 18. & non obscurè Palao disp. cit. p. 6. n. 8. quòd c. Cum in cunctis cit. ceteris loquatur de electoribus, & quidem Episcoporum; ac proinde penalis ejus dispositio ad patronos

patronos etiam Ecclesiasticos, præsertim ad beneficia inferiora præsentantes, trahenda non sit, *arg. Reg. Odia 15. in 6.*

Aliud est, si præsentatus tanquam indignus primùm repelleretur post quatuor aut sex mensium spatium jam elapsum; tali enim casu, si indignum patronus quicumque præsentavit scienter, vel per eum stetit, quò minus, personæ aptitudine intra quatuor aut sex menses exploratâ, citius repelleretur, beneficii devolutio ad superiorem fieret perinde, ut, si intra tempus illud nulla præsentatio fiat, *c. Unico in 6. cum, indignum & nullum præsentare, idem sint, c. Inter 2. de Translat. Episc. & c. Tua 12. de Cleric. non resident. Palao 1. cit. n. 8.*

Casu autem, quò patronus præsentatum bonâ fide habuit pro digno: & quò minus, ejus defectu aut vitiò intra quatuor aut sex menses exploratò, priùs repelleretur, per eum non stetit, laico quatuor, & Ecclesiastico sex menses denuo concedendos, supra n. 96. monui, *arg. c. Si electio 26. de Elect. in 6. cujus dispositioni etiam in præsentatione locum esse, in c. cit. notat Barbosa n. 2.*

134 Certum secundo est, digniorem præ digno ex obligatione à quovis patrono præsentandum, quando id expressè cautum est à fundatore, Palao 1. cit. n. 6. & contra, si beneficium ex istius voluntate certæ familiæ aut patriæ clerico conferendum sit, dignum ex ea oriundum extraneo, quantumvis aliis qualitatibus spectatis digniori, præferendum, Garcias p. 7. de Beneficiis cap. 15. n. 12. & Pirrhing 1. cit.

Dubio itaque locus potissimum est casu, quò specialis qualitas non exigitur in fundatione; eò enim ex obligatione solummodo dignum præsentandum, defumi ex *can. Monasterium 16. q. 7. ubi patrono permittitur præsentatio clerici,*

quem voluerit: dummodo *Malas non existat, & S. Synodo Tridentina Sess. 7. cap. 1. de Reformat. beneficia conferri jubente personis dignis & habilibus: contra ab eadem S. Synodo Sess. 24. cap. 18. de Reformat. exigi videtur præsentatio dignioris. Quæ veteris & novi etiam Juris definitiones in concordiana haud agrè reducuntur auxilii distinctionis inter beneficia, & ipsos etiam patronos.*

Cum, si beneficium curatum sit, *cit. cap. 18. patronus Ecclesiasticus ad digniorem præsentandum obligetur, §. Si verò juris: & quidem secundum communem DD. sententiam instar electorum: quos, si digniorem & Ecclesiæ magis utilem aliis non præferant, graviter peccare cit. Sess. 24. cap. 1. §. Itaque, difertè habetur. A patrono autem laico ad ejusmodi beneficium præsentatus non, nisi dignus sit, institui jubetur §. Quod si jus cap. 18. cit. Idonei etiam tantum post *can. Monasterium cit. mentionem faciunt textus c. Quod autem 5. c. Eam te 22. c. Cum aures 24. & c. Pastoralis 29. Unde, eum ad dignum tantum præsentandum obligari, Lambertinus & alii censent apud Azor p. 2. Instit. lib. 6. cap. 21. q. 5. qui tamen cum multis aliis à Garcia p. 7. cap. 16. n. 2. relatis, id in foro solum externo procedere: in interno autem ad beneficia curata etiam à laicis digniores ex obligatione præsentandos, censet.**

137 Si verò beneficium sit simplex, quemcunque patronum, licet digniorem præsentandò tutius agat, & Ecclesiæ voto magis respondeat, in utroque tamen Foro, si dignum præsentet, satisfacere, cum Petro Navarra Lib. 2. de Resit. cap. 2. n. 150. & Gutierrez Q. Canon. Lib. 2. cap. 11. n. 12. & 24. existimat *cit. Garcias n. 17. partim; quòd aliàs fere omnes Prælati essent in statu damnationis; cum beneficia dignis conferant, dignioribus sæpe prætermittis;*

termiffis: partim verò; quòd ad beneficia digniorem præfentandi obligatio exprefsa non fit Jure antiquò: Tridentinum autem *cit. Sess. 7. cap. 13.* folùm exprimat obligationem ea conferendi dignis & habilibus. Alii tamen, hanc S. Synodi difpofitionem in Foro folùm externo procedere: in interno autem five animæ Foro à patronis faltem Ecclefiafticis, ad quæcunq; beneficia præfentantibus, digniores dignis præferendos, volunt apud *cit. Garciam n. 2.* quod patroni quicunq; ex munere fuo teneantur rem Ecclefie utiliter gerere: quod non faciunt, qui præfentant dignum, præteritò eò, quem notabiliter judicant digniorem.

**139.** Dubium octavò est de Ordinario a liòve jus instituendi obrinente, an ex pluribus fucceffivè aut fimul præfentatis inftituere teneatur digniorem. Qua in re diftinguendi funt tres cafus.

Primus est, quòd duo vel plures præfentantur ab uno patrono: quòd cafu, fi omnium merita & habilitas funt æqualia, locus est gratificationi, ut, quem vult, cæteris præferre & inftituere liberè poffit, *c. Cum autem cit. ubi Glosfa V. Judicio. Panormit. n. 1.* Barbofa & alii ab ipfo relati

**140.** *n. 8.* Si verò ex iis unus cæteris notabiliter dignior judicetur, hunc illis præferendum, cum *cit. Panormit. n. 2.* defendunt Rochus *V. Honorificum cit. q. 1. s. Covarruvias in Reg. Peccatum 4. p. 2. §. 7. n. 4.* & Fagnanus *in c. Cum autem cit. n. 28.* quòd Jura, ficut in electione, *can. fin. dist. 63* fic etiam in inftitutione præferendum afferant eum, qui majoribus meritis jovatur: licet ad litium occasiones amputandas, ficut post electi confirmationem, fic etiam post inftitutionem præfentati fuflineatur factum, quòd dignioribus prælatuſ est dignus, ut iidem advertunt cum Lambertino *Lib. 5. p. 2. q. 7. art. 20. n. 4.*

Alter est, quòd duo præfentati funt pluribus patronis: quòd cafu, fi præfentatorum unus dignus à pluribus, alter verò dignior à paucioribus præfentatus, prior pofteriori, ac proinde dignior digniori est præferendus, Glosfa *in c. Quoniam 3. V. Majoribus, Panormit. ibid. n. 4.* & Barbofa *alleg. cit. n. 177.* id firmans DD. autoritate Rotæque decifionibus. Si verò major pars indignum, minor verò dignum præferet, hunc inftituendum, tradunt Rochus *V. Honorificum, q. 1. s. 43.* & Vivianus *Lib. 12. Tracta 101. Patron. cap. 8. n. 12.*

Major autem pars hoc loco cenfetur illa, quæ major est non folùm respectu totius numeri omnium patronorum, ut in electione, fed respectu aliarum partium patronorum; ut, fi ex illorum novem, quatuor Titium, tres Cajum & duo Sempronium dignos præfentent, Titium tanquam præfentatus à majori parte inftituendus. Ita *in c. Quoniam cap. Andr. Panormit. n. 13.* Fagnanus *n. 13.* Barbofa *n. 3.* Gonzalez *n. 2.* & alii poffim tenent extra cafum, quòd præfentatio fit à pluribus tanquam à collegio; hoc enim fi contingat, eum folùm, qui à majori parte totius collegii, hoc est, feptem ex duodecim collegiarum fuffragiis præfentatur, inftituendum, cum Joan. Anib. Panormit. *l. cit. & Lambertino lib. 2. p. 3. q. 4. art. 4.* docet idem Barbofa *alleg. cit. n. 198.*

Tertius est, quòd duo vel plures præfentati funt à pari numero plurium patronorum: quòd cafu eum, qui ex pluribus præfentatis dignior est, cum Lambertino *q. cit. art. 12. ex c. Quoniam cit. colligit.* fi verò præfentati omnes æquè digni appareant, eum, quem Epifcopus vult inftituendum; ac proinde gratificationi locum esse, cum Palao *disp. cit. p. 9. n. 3.* & aliis exiftimat *cit. Barbofa n. 199. Et 200.* Dubium

144. Dubium nonum movetur, an, cum duorum, ad idem beneficium à diversis præsentatorum, neuter altero dignior apparet, tertius aliquis institui ab Episcopo possit. Id certè cum Sylvestro *V. Jus patronatūs. q. 8.* affirmant Vasquez *de Benefic. cap. 2. §. 1. n. 16.* & Azor *p. 2. Instit. lib. 6. cap. 21. q. 19. in fine*, eà ducti ratione; quòd tali institutione neutri patronorum præsentantiū, & ab his etiā præsentatorū injuria fiat; cum neuter patronorum, ut à se præsentatus, & præsentatorum etiam neuter jus habeat, ut ipse instituat.

145. Verum, quia à Regula generali, idoneos à patronis præsentatos extraneis quibuscunque præferente, *can. Decernimus. 16. q. 7. c. Illud 8. c. Ex insinuatione 14. bic.* duorum æquè idoneorum à diversis præsentatorum casus exceptus ullo Jure non reperitur, hòc casu gratificationi duntaxat sive præsentatorum unius prælationi, non eorum utriusque exclusioni & institutioni extranei sive alicujus tertii locum esse, cum Glossa *in can. Si plures 36. V. Aufervi. 16. q. 7.* & Panormit. *in c. Cum autem 24. n. 8.* meritò sustinetur *cit. Palao p. 9. n. 4.*

Neque, extranei institutionem tali casu Episcopo permissam, evincit ratio in eam rem deducta; quia, licet tali casu patronorum præsentantium neuter jus habeat; ut à se præsentatus præferatur præsentato à compatrono: & præsentatorum etiam neuter; ut ipse alteri ad idem beneficium ab alio præsentato præferatur: jus tamen patronus uterque habet; ne à se præsentato præferatur extraneus: & ne ille tibi præferatur, jus etiam habet præsentatorum uterque; ut adeò extranei in beneficio patronato institutio, tam patronis quàm præsentatis, ut in illo præsentatorum alter instituat, ac proinde disjunctivum & alternativum jus habentibus, maxime sit præjudicialis, *arg. can.*

*Si foris cit.* quòd cavetur; ne electorum votis in duos pari numero divisus à Metropolitanò ordinetur sive in Ecclesia instituat, qui ab electoribus non fuit expostulatus: cujus ratio redditur; ne Episcopus non optatus sive ab eligentibus non expostulatus contemnatur, aut sit exosus; quæ cum etiam militet contra extraneum à compatronorum neutro præsentatum, huic præsentatorum alterum, quem superior instituens elegerit, præferri, est necesse, sicut *c. Cum autem cit.* junctâ Glossâ *V. Judiciò*, patronò laicò, variandò duos æquè idoneos præsentante, Episcopi quidem arbitrio & gratificationi relinquitur, quem ex illis instituat, quin beneficium tertio ab illo non præsentato valeat conferre, *arg. c. Venerabilem 34. de Elect.* junctâ Glossâ *V. Favere*, ex cujus dispositione, Imperatorem eligentium votis in duos pari utrinque numero paribusque meritis electorum divisus, Papa gratificandò duorum, in quos paria vota collata sunt, alteri alterum, non utriusque extraneum præferat.

Magis in speciem pro extranei institutione facit; quòd, cum duo dignitate pares à diversis præsentantur, invalida esse videatur præsentatio utriusque; cum in discordia patronorum *c. Quoniam 3. ad præsentationis valorem exigatur*, ut *Majoribus adjuvetur meritis & plurimorum eligatur & approbetur assensu*. Sed hoc quoque non urget; quia *c. cit.* sermo est de solo casu, quò in discordia præsentantur plures, votorum numero & meritis inæquales: & ex iis præfertur, qui *Majoribus adjuvetur meritis & plurimorum approbatur assensu*: casus autem duorum æquè idoneorum à diversis præsentatorum non attingitur; ut istò gratificationi locus sit argumentò *c. Venerabilem & c. Cum autem cit.* junctò *can. Si foris cit.* quem textum respiciens Glossa *in c. Quo-*

E e e e

Quo-

Quoniam cit. V. Majoribus, extranei sive tertii alicujus, à patronis non præsentati, institutionem non admittit, sed à pluribus præsentatum præfert casu, quò à diversis præsentatorum unus solo votorum numero, non etiam meritis alterum excedit; ne extraneus à patronis non præsentatus facile contemnatur aut sit exosus. Unde hòc quoque casu præsentatio invalida non est, ut cum Fagnano in e. Cum autem cit. n. 23. existimat Pirrhing ad hanc Rubr. n. 100.

146. Excipiendus tamen est casus, quò compatroni laici, à quibus diversi præsentati sunt, in tertii ab Episcopo eligendi institutionem consentirent: uti & quò ex duorum alterius institutione timeretur grave scandalum, aliàque incommoda, quæ institutione tertii possent evitari. Lotter. de Benefic. Lib. 2. q. 6. n. 27.

**ARTICULUS VIII.**  
**De Modis, quibus Jus Patronatus in alios transfertur.**

**SUMMARIUM.**

- 147. Transfertur I. Successione ad omnes Patroni hæredes:
- 148. Nisi unus in re certa sit institutus.
- 149. Uni patrono plures hæredes in capita,
- 150. Ipsi verò in stirpes succedunt:
- 151. Quò modò etiam succeditur pluribus compatronis.
- 152. Quæ successiones declarantur exemplis.
- 153. Ad fideicommissarium non transit Personale:
- 154. Sed Reale tantùm jus Patronatus.
- 155. In divisione hereditatis uni non adjudicatur Personale.

- 156. II. Donatione & legato transfertur Reale:
- 157. Et Personale in Ecclesiam sine.
- 158. In laicum verò cum Episcopi consensu.
- 159. Sine hoc tamen licet cedat compatrono.
- 160. III. Permutatione pro alio jure spirituali annexo:
- 161. Non tamen decimis, pro eo laico dicitur vel remissis.
- 162. IV. Venditione villa Gr. cui est annexum.
- 163. Personali venditio aperti fundi nuda est.
- 164. V. Infundatione & Emphyteuotione rei, cui est annexum.
- 165. VI. Tali rei Locatione ad longum:
- 166. Non ad breve durat tempus.
- 167. Quà tamen presentati sui ad egnatorem transferuntur.
- 168. Alia quàm Locationis ratio est Emphyteuotione:
- 169. Nonnullis tamen casibus exceptis.
- 170. VII. Privilegio Apostolico.
- 171. VIII. Prescriptione adversus laicum Ordinariis.
- 172. Et quadragenaria adversus Ecclesiam:
- 173. Adversus quas id laici aliter transferri,
- 174. Aliis modernò Jure præferuntur.

**E**cclesie fundatione, constitutione, dotatione semel legitime acquisitum Patronatus jus à primis ejus aut aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum fundatoribus ad alios transferri, quotidiana experientia docet, & diversimodè potest. Primò enim transfertur successione Hereditaria. can. Considerandum, c. 1. §. 1.

*c. 1. l. Quoniam 3. & Clement. Plures, hęc Rubr.* quò modò ad fundatorum hæredes quoscunque etiam extraneos, tam feminas quàm mares, cum hæreditate transit, *c. Cum seculum 13. junctâ Glossâ V. Empiorum, Rubr. cit. & c. fin. de Concess. Præb.* ut extraneis ab istius aditæ die: suis autem hæredibus competat à die, quò se hæreditati immiscuerunt, Paul. de Ci- tadinis de Jure Patronat. p. 9. n. 9.

148. Excipiendus tamen est casus, quò v. g. unus filius in re aliqua certa: alius verò filius, aut etiam extraneus hæres univèrsalis esset; eò enim jus patronatūs ad hunc solidum, priore exclusò transire, cum Panormit. in *c. 1. cit. n. 2.* tradunt Lambertini, de Jure Patron. Lib. 1. p. 6. q. 2. art. 16. n. 6. & Vivianus eòdem tra- ctatu, p. 1. lib. 4. cap. 2. n. 9. Ratio est; quia patronatūs jus transit cum Universitate bonorum, *cc. cit.* quam continet hæ- reditas, *l. Hæreditas 62. ff. de R. J.* in re autem certa institutus habetur locò lega- tarii, *l. Quories 13. C. de Hæred. instit.* ut mirum non sit, eum non consequi jus patronatūs. Nisi tamen ejusmodi res certa contineret universitatem, ut v. g. ci- vitas, castrum, villa, cui accessoriè anne- xum est jus patronatūs; tali enim casu tum ejusmodi certa re jus patronatūs, si- cut ad legatarium, sic etiam ad hæredem in ea institutum transiret, *arg. c. Ex lite- ris 7. Panormit. l. cit. & Canisius in c. 1. n. 5. in fine.*

149. Porro, si hæredes patrono, qui Ec- clesiam solus fundavit, construxit & dota- vit, sive ex testamento sive ab intestato, succedentes sint plures, jus patronatūs ad ipsorum quemlibet transit in solidum; ut, licet ex portionibus inæqualibus, v. g. unus ex unica uncia, alter ex quincunce, tertius ex semisse: vel unus ex uncia, al- ter ex deunce instituti sint, in præsentatione omnes æquales habeant voces;

Glossa in *c. 1. cit. V. Dividi, & Panormit. n. 6.* licet ex semisse vel deunce institutus vocem habeat pinguiorem; ut ejus vox in præsentatione præferenda sit casu, quò locus est gratificationi, Glossa & Innocentius in *Clement. cit.*

Quantumvis etiam plures unius ejusmodi fundatoris defuncti hæredes ipsi succedant æqualiter; ut singuli unam tantum vocem habeant, vel alium præsentare possint alternativè, eorum tamen hæredibus mortuis succeditur non in capita, sed in stirpes; ut, si illorum uni unus, alteri decem v. g. liberi succedant, ille solus unam, alteram verò vocem habeant isti decem: vel ille solus & hi omnes simul sumpti alternis vicibus præsentent, *Clement. cit.* ubi Glossa *V. Plures*, Rochus de Curte de Jure Patr. *V. Ipse vel is, q. 2. n. 4. & Pirrhing ad hanc Rubric. n. 47.*

Eòdem modò, si tribus, quorum unus ex fundatione, alter ex constructione, tertius ex dotatione patronatum obtinent, hæredes inæquali numero, v. g. Titio unus, Cajo tres, & Sempronio decem succedant, successio fit in stirpes; ut in præsentatione uni v. g. qui Titio una: altera 150. tribus, qui Cajo: tertia vox competat decem hæredibus, qui Sempronio succedunt: vel alternativè primam unus Titii, alteram tres Caji, tertiam præsentationem ad Ecclesiam vacantem faciant decem Sempronii hæredes, *Clement. cit. pr. & arg. §. Sed nostra 2. Instit. de Success. libere;* quia, sicut unus Titium, sic tres Cajum, & Sempronium decem hæredes repræsentant, Glossa *cit. Panormit. in c. 1. cit. n. 5. Gonzalez ad Reg. 8. gloss. 45. n. 6. & aliis DD. relatis, Barbosa de Offic. Episc. alleg. 72. n. 70.*

In tertiam tamen hanc vocem necessarium non est, ut simul omnes decem contentiant: sed sufficit; quòd eorum pars major contentiat, *arg. c. 1. & l. Quod ma- jor, cit.*

¶ ¶ ¶ ¶ ¶



or. *citr.* Non tamen sufficit consensus partis majoris, habitò respectu ad alias partes minores: sed requiritur; ut in eam consentiat pars major respectu totius numeri decem Sempronii hæredum, *citr. Roch<sup>o</sup> de Curte V. Ipse vel, in n. 6. Lambertin. Lib. 1. p. 2. q. 1. art. 25. n. 12. & Vivianus p. 2. lib. 4. cap. 1. n. 65.* Ratio est; quia, cum omnium decem hæredum simul sumptorum una tantum vox sit, hanc omnium vel saltem majoris, sive plus quam dimidiæ partis, consensus constituet; cum ejusmodi decem hæredes constituent unum corpus, quod in actum aliquem consentire non censetur, nisi id constituentibus omnes, vel eorum pars dimidiâ major consentiat: sicut Capitulum aliâve universitas consentire non censetur, nisi Capitularium omnium vel saltem partis dimidiâ majoris consensus habeatur, *c. l. citr.*

Neque huic doctrinæ adversatur; quòd, si ex denis, eandem Ecclesiam simul fundantibus, constructibus ac dotantibus, duo Titium, tres Cajum & quinque Sempronium præsentent, instituendus sit Sempronius: licet à parte, non respectu totius denarii, sed aliarum duntaxat partium comparatione majori sit præsentatus, *Glossa in c. Quoniam 3. V. Majoribus*; quia, cum tali casu præsentatio decem patronis non ut corpori in unius jus succedenti, sed ut singulis competat, etiam à parte non respectu totius numeri sive denarii, sed aliarum tantum partium comparatione majori præsentatus prævalebit, eritque instituendus: licet is, qui à pluribus, corpus sive universitatem aliquam constituentibus, præsentatur, instituendus non sit, nisi omnium vel saltem majoris partis totius corporis, sive plus quam dimidiæ partis compatronorum consensu sit præsentatus, secundum textus & DD. *citr.*

Dubium hoc loco est, an jus patronatus transeat ad fideicommissarium, vel & ad usufructuarium universalem. In re oppidò difficili, & inter Rodericum 7. *vel ipse cit. q. 9. n. 21. Covarruviam in c. Raynuitius 16. de Testament. §. 9. n. 1. & Canisium in c. 1. n. 6. id negantes ex una: ex altera verò parte Gutierrez p. 3. de Tutel. cap. 29. n. 15. Molinam Traict. de J. & J. disp. 133. in fine & Zacciu ad hanc Rubric. n. 12. id affirmantes valde controversâ, distinctionem non incongruam adhibent *Garcias p. 5. de Benef. cap. 1. n. 17. & Palao Traict. 13. disp. 2. q. 4. n. 5.**

Vel enim, inquit DD. illi jus patronatus est Personale? cujusmodi censetur, quod Titio hæredi ejusque successoribus relicto & nulli universitati est annexum: vel id Reale & v. g. villa aut castro annexum est? Si prius, id ad fideicommissarium, uti etiam ad usufructuarium non transire, cum prioribus concordant ex ratione; quòd transferri nequeat contra dispositionem instituentis: cum voluntate iis solum destinatum & competere videtur, quibus sanguis & successio communicatur, qualis non fideicommissarius, sed directè institutus fidei committarius est, §. 1. *§. Siendum 2. Instituti Fideicommissi.* Si posterius, id cum villa vel castro ad fideicommissarium transeat, volunt cum posterioribus DD. quòd illi casu jus patronatus castro aut villa occupatorum; ac proinde locus sit *Reg. Accusatorum 42. in 6. & argumentò de precepto ex l. Etiam §. C. de Jure dotium.*

Neque obstat; quòd ad hoc solum transeant jura spectantia commodum precuntiarium: cujusmodi non est jus patronatus; partim, quia etiam hoc, licet præstitio æstimabile non sit, utile tamen esse patrono potest, si ad inopiam vergat, *can. Quicumq; 16. q. 7. & c. Nobis 25. q. 1. tit. verò; quia non principaliter, sed necessitate*

cessoriè cum re, ejusmodi commodum afferente, sicut ad istius emptorem, sic etiam ad fideicommissarium transit.

Neque etiam; quod ad fideicommissarium & usufructuarium non transeant jura sepulchri, *l. Quia perinde 42. §. 1. ff. ad SC. Trebell. & patronatus Civilis competens respectu libertorum, l. Si Patroni 55. pr. ff. ibidem*; quia, ut taceam; quod in proposito nobis jure patronatus tanquam spirituali aut huic annexo præ oculis habenda sit dispositio, non Civilis, *arg. c. Qua in Ecclesiis 7. de Constitut. sed Ecclesiastici Juris*: secundum quod cum universitate huic annexum jus patronatus, cum specialiter exceptum non est, transferri, liquet *ex c. Ex literis cit. Haunoldus Tom. 3. de l. & l. Traët. 7. n. 157.* Ut, inquam, hoc taceam, jura sepulchri tantum sequuntur hæredes, quibus ea etiam non auferuntur: etiam si ipsi tanquam indignis hæreditas auferatur, *l. Si quis 33. ff. de Relig. & sumpt. fun. patronatus autem Civilis ad hæredes suos sive liberos in potestate patris constitutos transit, §. Nunc tantum 2. Institut. de Affig. libert. neque liberis eripitur, etiam si pater damnetur perduellionis, l. Jura 4. ff. de Jure Patronat.* Contrà verò jus patronatus Ecclesiæ etiam ad non hæredes transferri potest: & publicatò castrò propter delictum patroni, accessoriè etiam ipsum publicatur, *Zæsius l. cit.*

155. Dubium secundò est, an in divisione hæreditatis jus patronatus uni ex cohæredibus valeat adjudicari. Quod suaderi videtur textu *c. Ex insinuatione 14.* juxta quem à plurium compatronorum uno remittit, & alteri cedi potest: idque bonò Ecclesiæ, cui utilis est, patronum præsertim laicum unum, quam plures habere.

Sed, et si hoc ita sit, in proposta

tamen divisione uni ex pluribus cohæredibus (extra casum, quò universitati, *vg. villæ aut castro uni adjudicatis, annexum est*) id uni adjudicari posse, cum Panormit. *in c. Querimoniam 9. n. 3.* Rochus de Curte *V. cit. 9. 13. n. 26.* & Zæsius *n. 13.* negant, eâ persuasi ratione; quòd non appareat, cui ex ipsis potius debeat aut possit adjudicari; vel enim, inquirunt, bona hæreditaria æqualiter, vel inæqualiter dividuntur? Si æqualiter, non est ratio, cur id uni potius, quam alteri assignetur. Si inæqualiter, tunc si assignaretur ei, qui consequitur partem minorem, huic in compensationem & Simoniacè adjudicatum videretur, *arg. c. De Jure 16.* Unde tali casu penes omnes hæredes in solidum remanebit, juxta dispositionem *c. 1. Ecclesiæ inter hæredes divisionem prohibentem.*

Neque in contrariù facit *c. Ex insinuatione cit.* textus; quia istò agitur de cessione merè liberali: non de ea, quæ fit in compensationem & sapit Simoniam: quam ne incurrat debitor, qui solvendo non est, creditori jus patronatus cedere non potest, ut *ibid. Panormit. n. 4.* advertit.

Secundò, transferri jus patronatus potest Donatione, aut etiam Legatò cum, & aliquando, sine Episcopi consensu: quò quando opus sit, planum distinctio reddet. Et quidem, si jus illud sit Reale & annexum universitati, illà alteri donatà vel legatà in legatarium aut donatarium etiam ipsum transferri, quantumvis non interveniat Episcopi consensus, *arg. c. Cum seculum 13.* omnes facillè concedunt. Si verò sit Personale, multùm interest, an Ecclesiæ vel Monasterio, aut etiam clerico nomine Ecclesiæ, dignitatis vel beneficii, quod obtinet, vel laico, vel etiam clerico jure &

E e e e e 3

156.

157.

re & nomine proprio id recipienti donec vel legetur.

Priori enim casu, etiam consensu & auctoritate Episcopali non interveniente, factam donationem vel legatum valere, clarè decimus, *c. Illud 8. c. Unico pr. in 8.* Ratio est; quòd hujusmodi donatione Ecclesie etiam patronatæ conditio fiat melior; cum ei minus gravaminis ab Ecclesiastico, quàm à laico patrono sit timendum, *can. Laicus, 2. q. 7. & ille: si Ecclesiam indebitè gravet, facilius quàm illè coërceatur, can. Judicatum 5. dist. 89.*

Neque obstat, *c. Quod autem 5. V. De cetero, c. Cura 11. c. Nihilus 17.* quibus locis ejusmodi translationes ad Monasteria & Collegia Ecclesiastica sine consensu Episcopi prohibentur fieri, & factæ pro irritis habentur; quia textibus illis non agitur de translatione juris patronatûs, quod habebant laici: sed ipsarum Ecclesiarum quoad proprietatem, quàm laici non habebant: sive, ut Ecclesie Monasteriis perpetuò sint unitæ, ut in *c. Cura cit.* cum Panormit. *n. 1.* notant Barbosa *n. 3.* & Gonzalez *n. 21.* aut etiam quoad jus percipiendi decimas vi talis concessionis vel translationis, ut idem Gonzalez in *c. Illud cit. n. 3.* observat.

**158.** Posteriori autem casu jus patronatûs sine consensu Episcopi, discutientis, an patroni mutatio Ecclesie expediat vel damnosa sit, jus patronatûs transferri non posse, ejusque translationem jure non subsistere, argumentò à contrario ductò ex *c. Unico cit.* desumunt Francus *ibi, n. 2.* in *c. Illud cit.* Panormit. *n. 5.* & Rochus *V. Ipse vel is, q. 17. n. 31.* nisi Episcopus ei consentiat postea: cujusmodi consensu superveniente eam convalescere perinde, ac si ab initio valida fuisset, arg. *c. Quotiens 2. de Pactis c. c. Cum nos 3. de His, que sunt à Prælat.*

cum Panormit. *Consi. 89. n. 2. vult cit. Zælius n. 16.*

Excipiendus etiam est casus, quòd plurius compatronorum unus id remittat alteri: quod fieri liberè & Episcopo non requisitò posse, cum Glossa in *c. Ex insinuatione 14. V. Consulisset, docent Gonzalez ad Reg. 8. gloss. 45. s. 1. n. 58. & Barbosa in c. cit. n. 4. arg. Clement. Plures, iisdem permittente liberas conventiones de præsentationibus faciendis alternativè; cur non etiam; ut jus suum totum unus alteri cedat? præsertim cum hujusmodi cessione patronatus in novam personam non transferatur, sed patronorum solummodo numerus distrahatur.*

Tertio transferatur Permutatio, *can. Nemini, 16. q. 7.* Et quidem, si jus patronatûs Reale, v.g. castro aut vicæ annexum sit, istius permutatioze auctoritatè etiam ipsum à permutantibus in alterum transferri, patet. Si vero personale sit, permutari poterit: non quidem pro re temporalis, arg. *c. Quotiensum 5. c. fin. de Res. permutat. quia sic facta ejus permutatio aperit Simoniacæ foret, Vivianus Lib. 4. Præf. per Patronat. cap. 5. n. 3.* sed pro alio jure vel jure spirituali, aut etiam pro alio jure patronatûs, interveniente tamen consensu Episcopali, arg. *c. Quæsumus cit. Zælius hic, n. 25.* saltem si permutacione in laicum transferatur, Rochus *V. Ipse vel is, q. 16. n. 28.* & Barbosa *de Offic. Episc. alleg. 71. n. 31.*

Dubium est, an patronus laicus presentandi jus ad Ecclesiam parochialem permutare valeat cum immunitate ab obligatione decimas ex fundis suis provenientes solvendi Monasterio, cui parochia illa quoad temporalia est unita. Non posse evincit ratio; quòd talis permutatio sit juris spirituali annexi pro temporali, ac proinde Simoniacæ labe infecta; cum

est in Monasterium transferatur jus præsentandi, quod ex natura & primævia sua institutione ad spirituales officii Ministrorum in Ecclesia institutionem ordinatur; atque idcirco spirituali est annexum, *c. Quando 3. de Judiciis & c. De jure 16. hic*, ut supra *n. 21.* ostendi: & contra à Monasterio in patronum laicum transferatur immunitas sive liberatio fundorum ab onere, fructuum ex eis provenientium decimam partem solvendi: quæ immunitas sive liberatio à solutione partis fructuum jus sive commoditas merè temporalis est; cum instar aliorum jurium merè temporalium sine privilegio Apostolico verè ac juridicè possideri ac præscribi à laico possit, per tradita à Covarruvia *Lib. 1. Var. cap. 17. n. 10.* Suarez de Decimis *cap. 12. n. 17.* Laiman *Lib. 4. Tract. 5. cap. 6. n. 9.* & Pirrhing ad Rubr. de Decimis, *n. 130.*

Plus, quàm ista, difficultatis haberet permutatio, quâ laicus sibi competens jus patronatûs in Monasterium transferret pro jure percipiendi decimas ex fundis alienis: non quidem; quòd eâ spirituali annexum daretur pro temporali; cum decimandi jus spirituali etiam ipsum sit annexum, *c. Novum 2. de Decimis*; sed; quòd decimandi jus ab Ecclesiis & Monasteriis transferri in laicos prohibeatur, *can. Decimas, 16. q. 7. c. Quamvis 17. & c. Prohibemus 19. de Decimis*; & hi, seculis privilegio, quasi possessionis Juris decimandi sunt incapaces, *c. Causam 7. de Prescript. ubi Panormit. n. 2. & 3. Felinus n. 2. cist. Covarruvia n. 6. Suarez cap. 17. n. 1. Laiman n. 8. & Pirrhing ad Rubr. de Prescript. à n. 42.*

262. Quartò Venditione: quâ in emptorem transfertur cum vendita universitate, scilicet hæreditate, castro &c. cui accessorie est annexum, *c. Cum seculum 13. junctâ Glossâ V. Emptorum, & Gon-*

zalez ibi & in *c. Ex literis 7. n. 2.* Dummodo tamen ipsum jus patronatûs vendi non exprimat, Lambertin. *Lib. 1. p. 2. q. 5. art. 20.* & ratione ipsius annexi pro castro majus pretium non exigatur; hoc enim Simoniacum foret, ut rectè advertit Vallensis ad *banc Rubr. §. 4. n. 1.* & Zæsius *n. 24.* Multò minùs absque labe Simoniacæ venditur aut emitur per le & solitariè, *c. De jure 16. & Trident. Sess. 25. cap. 9. de Reformat.* quorum textuum priori ejusmodi venditio irritata est ipsò jure, Glossa in *c. cit. V. Irritum*: posteriori verò jus patronatûs vendere attentantes excommunicationis (si personæ singulares) & (si communitates fuerint) interdicti poenis subiciuntur: atque insuper venditor ipsò factò amittit jus patronatûs; ut Ecclesia libera evadat, Vivianus *Lib. 4. cap. 5. n. 11.* & Barbosa in *cap. 9. cit. n. 81.*

164. Quintò Infeudatione & Emphyteuticatione castri, villæ, prædiû, cui patronatûs jus accessorie est annexum; jus enim hoc contractibus illis ad vasallum & emphyteutam transire, apertè supponit Alexander III, *c. Cum seculum 16.* dum Hospitalariis prohibet; ne, *Si ratione feudorum emptorum aut aliter acquiritorum jus patronatûs in Ecclesiis parochialibus acquirant, jus parochiale, sive Episcopale, minuerè presument*: & liquet ex *c. Ex literis 7.* vel ipsò textu, si istius verba, *Qui miles villam à Monasterio ad firmam tenebat*, de villa militi in emphyteusin concessa accipiamus: vel, si eum de villæ locatione exaudiamus efficaci argumentò, à locatione ad feudum & emphyteusin ductò; cum his contractibus ipsum rei dominium utile in vasallum & emphyteutam transeat, per tradita hòc *Lib. 3. Tit. 16. n. 30.* locatione autem solus rei usus & fructus in conductorem transferatur, ut *cit. Tit. n. 1.* est dictum.

Sextò,

165. Sextò, Locatione villæ, prædii &c. hunc enim contractum verbis *Ad firmam* denotari, ac proinde cum villa locata annexum ei jus patronatus ad conductorem transire, Interpp. in c. *Ex literis* 7. ac DD. passim notant.

Dubium tamen & controversia inter eos est, an id ad longum duntaxat, vel etiam ad breve tempus facta locatione contingat. Et locatione quidem ad longum, scilicet decennale aut majus tempus facta jus illud toto locationis seu conductionis tempore penes conductorem esse, desumitur ex l. *Ex literis* cit. verbis *Ad firmam*, quibus locationem sub pensione certa ac firma, cum Cuacio, Gonzalez in c. *Vestra* 2. de *Locatione*, n. 2. sive locationem ad longum tempus denotari, cum Panormit. in c. *Ex literis* cit. n. 5. & Bartolo in l. 1. c. de *Jure emphyt.* n. 8. Interpp. ac DD. plerique agnoscunt. Rationem reddunt; quod ad longum tempus facta locatione rerum possessio in conductorem transferatur, ut colligitur ex l. 1. §. 6. ff. de *Superficie*. & c. cit. verbis, *Si antequam* &c. cum enim his clericis, à milite presentato, Ecclesia adjudicari jubeatur, etiam si super juspatronatus proprietate pro Abbatissa pronuntietur: dummodo constitit, clericum illum ad presentationem militis ab Episcopo institutum fuisse, antequam inter Abbatissam & militem de jure patronatus controversia suborta esset: cum, inquam, hoc ita jubeatur, aperte insinuat, penes militem fuisse juspatronatus quasi possessionem, ratione cujus ab eo facta presentatio & hanc secuta institutio tenebat, c. *Consultationibus* 9. ac proinde militem conductorem fuisse ad longum tempus; cum ad breve tempus facta conductione possessio non acquiratur, l. *Malè* 2. c. de *Prescript.* 30. vel 40. annor. Panormit. in c.

cit. n. 2. Locatione autem villæ &c. ad tempus modicum sive decennio minus facta, ei annexum patronatus jus ad conductorem non transire, cum cit. Panormit. n. 7. Rocho V. cit. q. 26. n. 56. Lambertin. cit. p. 2. q. 8. art. 2. pr. & alii negant Azor p. 2. Instit. lib. 6. cap. 20. q. 15. Garcias p. 5. cap. 6. n. 10. & Laiman in c. cit. n. 1. quod hujusmodi locatione rei nec dominium, l. *Non sicut* 39. ff. *Locati*, nec possessio, l. *Generaliter* 9. iunctâ Glossâ V. *Amicus*, ff. de *Acquir. possess.* sed sola detentio in conductorem transferatur; cum conductorem non suo sed alieno nomine possideret, l. *Malè* cit. ius autem patronatus ei, qui dominus non est, ratione possessionis aditratum, c. *Consultationibus* cit. & *Querelam* 24. de *Elect.*

Non desunt tamen DD. qui dicitur modi villæ &c. ad modicum tempus locatae conductori ratione annexi juspatronatus presentationem ad beneficium conductionis tempore vacans aditratum; quod ad conductorem transeat, omnia commoditas & fructus rei sibi locatae; ut istâ uti fruique possit, l. *Ex conditio* 15. §. 1. ff. *Locati*. Cur non eorum presentatio ratione villæ annexi & in locatione non excepti iuspatronatus? cum ea commoditas & fructus quidem sit juris patronatus, can. *Decernimus* 11. p. 7. Panormit. in c. *Ex literis* cit. n. 3. & ibi Berolius n. 12. Ita cum Zabarel. in c. cit. q. 1. in fine & Campanilla *Diversor. Juris Rubr.* 11. cap. 13. n. 238. legitur Barboza in c. cit. n. 4.

Dubium & quaestionem aliqui movent de jure patronatus, annexo castro, villæ vel prædio oppignorato creditoribus ad hunc transeat cum illis. Sed immo ad hunc transeat cum illis, cum illud ad hunc non transeat exploratum sit ex Rescripto Innocentii III. c. *Cum Bertholdus* 18. in fine, de *Servit.* 77. p. 10.

in jura. Intentionem, quâ clerici ad Ecclesiam vacantem à creditore facta præsentatio rata habebatur, irritantis, & Ecclesiam illam adjudicantis instituto ad præsentationem debitoris, qui villam, cui patronatûs jus erat annexum, creditori pignori obligârat. Ratio perspicua est; quia oppignoratio rei nec dominium nec possessionem, neque etiam eâ fruendi utendive jus, sed nudam detentionem in creditorem transfert; cum illa huic pro sola debiti securitate tradatur, ab eoque detineatur nomine debitoris: & huic percepti fructus omnes restituendi, c. 1. de Usuris § l. 1. c. de Pignorat. act. vel imputandi sint in sortem, l. Creditor 3. C. Rubr. cit. Cum ergo præsentatio, quæ juris patronatûs quidam fructus est, semel facta restitutioni; quod neque ipsa retractari neque clericus ad eam factam institutus à beneficio removeri valeat: neque in sortem imputationi absque labe Simoniacæ obnoxia sit, ea permittenda ad beneficium vacans est debitori, ut cum cit. Rocho V. Ipse vel is, n. 6. & Lambertino p. 2. q. 9. art. 2. n. 3. docent cit. Azor cap. 20. q. 13. Barbosa cap. 12. n. 237. & Pirching ad hanc Rubric. n. 82.

169. Salvâ tamen hac Resolutione, ratione Realsive rei pignori datæ annexi juris patronatûs præsentatio creditori adstruenda iis demum casibus videtur, quibus ei fructus pignoris Jure addicuntur: sicut rei feudalis, fundi pro dote & prædii beneficalis injustè possessi à vasallo, focero, vel prædii injusto possessore creditoribus sive domino directo, marito & clerico beneficiato pignori datorum fructus addicuntur, c. 1. de Feud. c. 1. § c. Salubriter 16. de Usuris; cum, sicut jus patronatûs ejusmodi rei feudali, fundo pro dote pignori dato & prædii beneficali, sic ex his provenientibus fructibus

accessoria præsentatio videatur.

Septimo, Privilegiò Sedis Apostolicæ; cum enim Papa de omnibus beneficiis liberè disponendi plenam habeat potestatem, c. Licet 2. de Præbend. in 6. & Clement. Unica, ut lite pendente liberæ collationis Ecclesiam patroni præsentationi obnoxiam reddere, aut jus patronatûs Ecclesiæ vel Monasterio competens transferre in laicum, v. g. in principem aut rempublicam de Ecclesiâ Catholica & re Christiana bene meritam: aut, quod unus vel plures laici obtinebant, alteri v. g. Ecclesiæ aut etiam laico concedere valebit, Covarruvias Practic. cap. 36. n. 1. & Gonzalez in Reg. 8. gloss. 18. n. 1. etsi juri patronatûs ex fundatione, dotatione vel constructione laico competenti, nisi expressam ejus mentionem faciat, derogare nunquam censetur: & major causa requiratur, ut ejus, quàm ut patroni Ecclesiastici juri derogetur, Palao Tract. 13. disp. 2. p. 10. n. 3.

Etiâ verò hæc ita se habeant, modernò tamen Jure omnes patronatus ex solo privilegio competentes, præter eos, qui Imperatori, Regibus aliisque summis Principibus, aut in favorem studiorum generalium sunt concessi, sublatis sunt à S. Synodo Trident. Sess. 25. cap. 9. de Reformat. Ex solo, inquam, hoc est, merè gratuito; quia, ex privilegio sive causa onerosa concessos, à laudata S. Synodo non sublatis ex cap. 19. cit. ea tantum privilegia, quæ originem non habent ex fundatione, constructione vel dotatione, tollente, defumit Vivianus Lib. 4. cap. 10. n. 4. id firmans Rotæ decisione & Honorius ad hanc Rubr. n. 7.

Octavo transferri jus patronatûs potest ac solet Consuetudine vel potius Præscriptione, c. Querelam 24. de Elect. § c. Generali 13. eadem Rubr. in 6. quæ in re tamen opus est distinctione. Vel

F f f f f

cum præ-

enim præscribitur adversus patronum laicum, sive id ratione proprii patrimonii: vel contra Ecclesiasticum, id ratione dignitatis, beneficii, officii vel administrationis Ecclesiasticæ obtinentem?

Si prius, aliorum bonorum ac jurium instar adversus præsentem cum titulo decennio, contra absentem vicennio, sine titulo autem triginta annis præscribitur; ut ab ipso in alium bonæ fidei possessorem saltem Ecclesiasticum transferatur: vel etiam, si præscribens Episcopus aut alius collator, præsertim ordinarius, sit, Ecclesia omnino liberè sit conferenda, Molina *Tract. 2. de l. & l. disp. 70. §. Quando & Lugo Tom. 1. de l. & l. disp. 7. n. 90.*

172. Si posterius, id ab Ecclesiasticis quadraginta annorum lapsu præscribitur, *e. De quarta 4. c. Ad aures 6. & c. Illud 8. de Prescript. Canisius in c. Quoniam 3. n. 26.* Imò per viam præscriptionis tantò tempore ab iis obtineri jus patronatus posse in Ecclesia, de qua an libera aliquando fuerit, dubium est; imò in ea etiam, quam liberam fuisse constat, ex iisdem *text.* colligitur & communis sensus est DD.

173. A laico autem jus patronatus non solum in Ecclesia, quæ libera fuit: sed in ea etiam, quæ Patronatui semper subiecta fuit, adversus patronum Ecclesiasticum præscribi posse, cum Archidiacono in *can. Hortamur 8. disp. 71.* negat Fachineus *Lib. 8. Controvers. cap. 24. §. Licet enim.* Imò, id ab eo etiam adversus alium laicum præscribi posse, aliqui inficiantur, eâ ducti ratione; quòd tanquam spiritali annexum à laicis quasi possideri nequeat sine privilegio, vel speciali vel Juris communis, ipsis Patronatum ex foundationis, constructionis vel donationis titulis duntaxat concedentis. *can. Pie mentis, 26. & 16. q. 7. c. Quoniam*

*3. & c. Nobis 25. hæc Rubr. sine potestate* fione autem præscriptio non procedat *Reg. Sine 3. in 6.* ac proinde licet determinandi & eligendi sic & præsentandi sine Patronatus jus obnoxium non sit laicorum præscriptioni *arg. c. Casusam 7. de Prescript.*

At melius alii hac etiam in re utuntur distinctione inter tempora: unum antecedens, alterum subsequens S. Synodum Tridentinam: & illò quidem jus patronatus à laico contra alium laicum præscriptum decem aut viginti annis, præscripta: contra Ecclesiasticum autem patronum quadraginta annis, *arg. c. De quæta & c. cit.* contra Ecclesiam autem, quæ aliquando libera fuit, si cum totidem annis concurrat titulus, aut sine illo, temporis immemoralis lapsu præscribi potuisse, concedunt Frideric. de Stat. *cap. 274.* Rolandus à Valle *Lib. 1. Cap. 47. n. 4.* & Barbosa *de Offic. Episc. disp. 70. n. 19.* cum propter *c. Cura cu. verba, Nisi fuerit legitima præscriptio munitus:* tum verò; quòd laici jus patronatus capaces redditi à Jure suo, licet quoad proprietatem, *can. Diversum & c. 16. q. 7. c. Quoniam 3. c. Nobis 25.* sic etiam quoad quasi possessionem, *in Quærelam 24. cit. ibi, Cum constituitur quòd populus in quasi possessione præstandi clericum existens.* Illò vero, si sive tempore S. Synodum Tridentinam subsequente; ac proinde hodie laicis non prodesse præscriptionem: nisi ea sit temporis immemoralis, & hujusmodi etiam temporis lapsus probetur ex Authenticis scripturis: quibus præsentationes quinquaginta annis ab iis constitutas, & omnes effectum sortitas esse ostendatur, ut *cit. S. Synodi Sep. 24. cap. 9. de Reformat.* habeatur & declarabitur.

## ARTICULUS IX.

De Jurispatronatus  
Probatione.

## SUMMARIUM.

175. *Præsentatio non admittitur, nisi constat de jure patronatus:*  
 176. *Quod à privati probandum est Authenticò documentò,*  
 177. *Vel præsentationibus multiplicatis & continuatis tempore immemoriali,*  
 178. *Probando cestium depositionibus:*  
 179. *Vel aliis modis jure proditis ac receptis;*  
 180. *Scilicet Præscriptione,*  
 181. *Per famam, aliis adminiculò suffulcram;*  
 182. *Ex literis super institutionibus ab Ordinario expeditis,*  
 183. *Libris Visitationum, rève judicata,*  
 184. *Vel monumentis antiquis,*  
 185. *Et aliquando ex effectibus juris patronatus.*  
 186. *Probandi forma præscripta Magnatibus & Universitatibus,*  
 187. *Obtinentibus perpetuam jurisdictionem temporalem:*  
 188. *Qui patronatum probare debent per Authenticum instrumentum,*  
 189. *Vel præsentationes, quas centum annis continuatas,*  
 190. *Et ultra 50. annos effectum sortitas,*  
 191. *Non per testes, sed per scripturam authenticam,*  
 192. *Semel dumtaxat est probandum:*  
 193. *Si jus patronatus prætendatur contra Ecclesiam,*

194. *Idque prætendens non habeat comparatum privatum.*

**C**um, ut Tit. 5. n. 23. dictum est, 175. beneficia Ecclesiastica in dubio Collativa, sive liberæ collationi Episcopi subiecta potius, quam Patronatus juri obnoxia esse præsumantur, dicecesium Ordinarii in admittendis ad illa præsentationibus non faciles plerumque sunt, nisi liqueat de Jurepatronatus, ut cum Lotterio Lib. 2. de Benefic. q. 13. n. 142. notat Barbosa de Offic. Episc. alleg. 72. n. 20. ad finem.

Ut autem de illo planè liqueat S. 176. Synodus Tridentina Juspatronatus probandi modum seu formam duplicem, unam Privatis, alteram Magistratibus & Universitatibus, in quibus illius juris usurpatio præsumitur, observandam præscripsit Sess. 25. cap. 9. de Reformat. Et de Privatis quidem decernit, Ut ab ipsis allegatus titulus sit ex fundatione vel dotatione, qui ex authenticò instrumento & aliis jure requisitis ostenditur, sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliisve secundum juris dispositionem. Quibus verbis S. Synodus patronatus jus probandi tres modos exponit.

Primum complectuntur verba, *Ex authenticò documento & aliis jure requisitis*, ubi documenti Authentici nomine venit non solum instrumentum publicum, sive à persona publica adhibitis solennitatibus, Lib. 2. Tit. 22. à n. 3. recensitis: sed Papæ quoque, Episcopi, vel alterius prælati jurisdictionem quasi Episcopalem obtinentis, scriptura sive in scriptis datus in fundationem, constructionem vel dotationem Ecclesiæ vel beneficii erectionem consensus: imò hujusmodi scripturæ exemplum seu transumptum legitime,

Fffff 2



gitimè, sive modò, c. Cùm p. 15. de Fi-  
de instr. inuatiò, & cit. Tit. 2. à n. 26.  
Declaratò confectum, Barbosa cit. alleg.  
72. n. 24. & Palao Tract. 17. disp. 2. p.  
7. n. 2.

Eòdem documentì nomine alias quo-  
que probationes legitimas comprehendi,  
existimat Garcias p. 5. de Benef. cap. 9.  
n. 113. §. Rursus id defumens ex ipsa il-  
lius notations; cùm Documenti verbò  
ex sua significatione usùque communi de-  
notetur admonitio, probatio, exem-  
plum, quibus reddimur doctiores, cer-  
tiores, prudentiores, Calepin. V. Do-  
cumentum & Glossa in c. 1. de Except. in  
6. V. Documentis, id est, instrumentis vel  
testibus: sicut ipsò quoque Instrumenti  
nomine Jure non sola scriptura, sed &  
testes intelliguntur, s. Peruenit 4. de Test.  
cog. §. 1. ff. de Fide instrum. Verùm,  
quia, si cap. 9. cit. Documenti nomine  
quæcunque legitima probatio compre-  
henderetur, ei subjecta verba, sive mul-  
tiplicatis præsentationibus, aliàsve secun-  
dum juris dispositionem planè redundarent,  
nomen illud ad significationem minùs la-  
tè patentem restringunt, & de sola pro-  
batione per scripturam cum Gonzalez ad  
Reg. 8. gloss. 18. n. 32. & Piafec. Prax.  
Episc. p. 2. cap. 5. n. 5. exaudiunt cit.  
Barbosa n. 21. & Palao n. 3.

177. Alter jus patronatus, ex fundatione,  
construktionem vel dotatione competens,  
probandi modus pro privatis à Concilio  
approbatus petitur Ex multiplicatis &  
sine interruptione continuatis præsen-  
tationibus per antiquissimum temporis cur-  
sum, qui hominum memoriam excedat.  
Ubi

Dubium est de numero præsen-  
tationum, necessario; ut tempore illo di-  
cantur multiplicata; duas enim suffice-  
re, allegatò Riccio Resol. 127. in fine su-  
stinct cit. Barbosa n. 31. quòd pluralem

locutionem duorum numero esse contem-  
tam, Juris Regula sit 40. in 6. ex l. III.  
numerus 12. ff. de Testibus, delumpta: cu-  
jus ne correctio inducta dicatur cap. 1.  
cit. istò quoque multiplicata intelligit-  
ur præsentationes, cùm, duas esse legi-  
timè factas, constabit. Verissimum ta-  
men tres exposcit Palao p. 3. cit. n. 4.  
quòd multiplicatum propriè non dicatur,  
quòd semel duntaxat est repetitum, Jo-  
son in l. 1. ff. de Fideicommissi. n. 4. de  
Cephal. Vol. 2. Consil. 225. n. 43. præ-  
fertim cùm cap. 9. cit. multiplicatas præ-  
sentationum non exigatur quomodocun-  
que, sed per antiquissimum cursum tem-  
poris omnino immemorialis, ac proinde  
centum annos excedentis, per tradit.  
Lib. 2. Tit. 26. n. 105. quòd temporis co-  
su cùm, præsentationem semel tantum re-  
peti, contingere non solet & via postu-  
ter saltem facta & immemoriali tempo-  
re continuata præsentationes à Concilio  
exposcentur.

Immemoriali autem præsentationes  
multiplicatas, probari potest ac solet per  
testes, qui illas à centum & amplius an-  
nis usque ad litem motam continenter,  
modò cit. Tit. 26. à n. 105. explicatis  
deponant. Per instrumenta quoque in  
scripturas id alicui competere evincitur  
duabus tribusve antiquissimis atque in-  
versis & non suspectis personis continuis  
scripturis, beneficii fundationem, etiam  
sine reservati juris patronatus mentione,  
ab ejus majoribus factam: si præsen-  
tationibus istis competere: si ab ejus antecel-  
soribus factarum & immemoriali tempo-  
re continuatarum præsentationum & pre-  
sentandi juris possessio enuntietur, Men-  
tica Lib. 2. de Tacit. & ambig. consue-  
tit. 6. n. 21. cit. Garcias cap. 5. à n. 11.  
& Barbosa cit. alleg. 72. n. 31.

Tertius patronatus jus, ex fundatione  
construktionem vel dotatione competens  
probandi

probandi modus continetur illis Synodalis decreti verbis, *aliasve secundum juria dispositionem*: ex quibus, patronatum omnibus illis modis, quibus cetera jura, probari à privatis posse, desumunt *citt.* Gonzalez *gloss.* 18. n. 51. & 58. Garcias *cap.* 5. n. 88. & Barbosa *alleg.* 72. n. 30. ut aded probari à privatis valeat

180. Primò præscriptione quadragenaria cum titulo colorato, aut isto deficiente, tanti temporis, cujus initii memoria non exiit, *c. 1. de Præscript. in 6. citt.* Gonzalez *gloss.* 18. n. 57. & Palao n. 4.

181. Secundò per famam: non quidem solam, sed si cum ea alia adminicula, præsertim longissima quadraginta vel plurimum annorum juris præsentandi, etiam unico actu inducta, possessio concurrat; cum enim fama in antiquis inducat vim tituli colorati, cum ea concurrens quadragenaria bonæ fidei possessio vim habebit præscriptionis quadragenariæ titulo munita, ut locus sit *arg. c. 1. cit. in 6. Gratian. Discept. Forens. cap. 310. à n. 8. citt.* Gonzalez n. 56. & Barbosa n. 43.

182. Tertio ex pluribus v.g. duabus tribusve literis, ab Ordinario expeditis in institutionibus clericorum in Ecclesia vel beneficio ad præsentationes factis: si illis, præsentandi jus alteri competere, asseratur; cum enim diocesani Ordinarii in admittendis præsentationibus non faciles, & sui fuorumque successorum juris conservandi studiosi plerumque sint, institutionum literas illo tenore expediendò, de præsentantis jure, ex legitimo titulo orto, notitiam habuisse præsumunt, *citt.* Barbosa n. 47. & Palao p. 3. n. 6.

183. Quarto ex libris Visitationum, si iis, beneficium visitatum patronatui subiectum asseratur; quòd, cum illud per patronatus jus liberæ collationi Ordinarii subtrahatur, verisimile non sit, Visitatores, beneficium patronatui subiectum, sine ple-

na de illius qualitate notitia fuisse expressuros, *citt.* Lotter. q. 13. n. 151. & Palao num. 4.

Quintò, ex sententia, qua, lite super beneficii statu mota, institutoque super eo processu, pro patrono adversus eum, qui pro Ecclesiæ libertate egit, eamve defendit, in judicio lata fuit, & transit in rem judicatam, *arg. l. Res judicata 207. ff. de R. J. citt.* Barbosa n. 49. & Palao n. 4.

Sextò, ex monumentis antiquis, v.g. ex Libris Historicorum, Ecclesiam vel beneficium patronatui subiectum esse, asserentium; ex literis marmoris aut æri incisis; ex insignibus sive armis Gentilitiis sculptis vel affixis altari, columnæ, parieti Ecclesiæ vel capellæ, in qua beneficium est erectum; quòd, cum hujusmodi insignia apponi non soleant rei prorsus alienæ, Ecclesiam vel capellam à familia fundatam vel dotatam, præsumptio sit saltem, si de appositionis alia causa non constet, Lambert. *Lib. 3. de Jure patronat. q. 5. art. 4. n. 2. citt.* Garcias *cap. 9. & Barbosa à n. 50.*

Septimò ex honoratore & patronis concedi solito loco; ex subsidio vel pensione alicui annuatim vel certis temporibus ab Ecclesia vel istius in eam erecti beneficii possessore præstitò: quæ tamen, cum aliquando ex aliis causis competant, atque idcirco pro juris patronatus certa probatione à DD. non habeantur, an & quantam illud probandi vim obtineant, judicis, loci, personarum, rerumque circumstantias ponderantis, arbitrio æstimandum relinquit Card. de Luca *in Summa, de Jure patronat. n. 50.*

Magis, quàm privatis, strictam exactamque patronatus jus probandi formam magnatibus & Universitatibus S. Synodus *cap. 9. cit.* præscribit; *In iis enim, inquit, personis seu communitatibus vel Universitatibus, in quibus id jus plerumque,*

FFFF 3 ex usur-

ex usurpatione potius quæstum præsumi solet, plenior & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quàm si præter reliqua ad rem necessaria, præsentationes etiam continuata non minori saltem quàm quinquaginta annorum spatio, quæ omnes effectum sortita sint, authenticis scripturis probentur. Ex quo Conciliaris decreti tenore planum est, rationem, cur juris patronatus probatio exactior à Magnatibus & Universitatibus quàm à privatibus exigatur, esse illius juris usurpati præsumptionem, ortam ex potentia ejusmodi personarum aut Universitatum: cui cedere ac deferre facile solent, qui Ecclesiarum & beneficiorum libertatem defendere debent.

187. Personæ autem, in quibus usurpatio illa ex potentia Jure præsumitur, ex S. Congreg. Cardd. S. Concilii Interpp. declaratione sunt Duces, Marchiones, Comites, Barones & alii Domini civitatum, castrorum &c. perpetuam jurisdictionem temporalem obtinentes in locis, in quibus beneficia sunt erecta, licet superiorem in temporalibus recognoscant; imò etiam, quæ in talibus locis sine jurisdictione propter familiarum splendorem & magnam parentelam valde sunt potentes: uti & Universitates seu communitates secularium etiam parvæ, v.g. aliquis populi, oppidi, vel pagi, in his jurisdictionem secularem exercentes. *Secularem*, inquam, non Ecclesiasticam; quia illius usurpationis præsumptio in talibus communitatibus, uti & in Abbatibus aliisque personis Ecclesiasticis, tanquam Episcoporum jurisdictioni, visitationi subiectis, cessat: sicut etiam cessat, quando beneficiorum collator æquè aut magis potens est, ut juris patronatus usurpationi sui que juris diminutioni facilè resistere possit, *citt.* Barbosa

à n. 61. Palao n. 7. & Corradus Lib. 4. Prax. Benefic. cap. 4. à n. 40.

In memoratis itaque Magnatibus & Universitatibus, si ex fundatione, constitutione vel dotatione competens juris patronatus non authenticis scripturis, sed immemorabili tempore allegari probentur, hæc probatio aliter non admittitur: nisi præsentationes centum & ultra annis continuata; & eas, quæ à quinquaginta annis sive à prima præsentatione intra hoc tempus usque ad litis motum diem factæ sunt, omnes per præsentationum institutiones & institutorum in possessionem inductiones effectum sortitas, per authenticas scripturas doceatur ita; ut hujusmodi scripturæ pertineant ad præsentationem novam formam à Concilio introductam: & ejusmodi scripturæ defectus per veritas aut aliud æquipollens supplet non possunt, cum forma ad unguem servanda sit, etiam in minimo deficiente, adus correctus, *citt.* Cùm dilecta 22. de Rescript. & 1. Cùm dilecta 17. ff. de Transact. *citt.* Guzman cap. 168. à n. 21. Gonzalez gloss. 18. m. 77. Garcias cap. 9. n. 113. & Barbosa alleg. 77. à n. 55.

Ubi In dubium & questionem DD. vocant, an sola præsentationum continuatio, vel ipsa etiam illarum effectivatio authenticis scripturis sit probanda, Dubitatio ratio est; quòd S. Synodus ita probandas asserat præsentationes continuatas, quæ sint effectum sortitæ; non, quòd sint effectum sortitæ; & illius quoque probationem per authenticas scripturas à S. Synodo exactam, creditibile non sit, propter talis probationis difficultatem; cum sic, quemadmodum præsentationes, ipsa quoque præsentationum institutiones & institutorum in possessionem inductiones authenticis scripturis probande forent. Sed hoc non, sicut primo intrinsecè sic etiam accuratius ponderanti videtur

videtur; cum hoc ipso, quod authenticis scripturis probetur, præsentationes quinquaginta annis continuatas, etiam ostendatur, eas sortitas esse effectum; quod præsentationes continuari nequeant, nisi ad vacationem, unius præsentati v.g. obitu inductam, præsentatus sit alius: ex quo præsentationes, sicut continuatæ, sic etiam effectum sortitæ jam intelliguntur, *citt. Garcias cap. 9. n. 106. & Palao cit. p. 3. n. 9.* Quò modò si præsentationum effectus probanda asseratur, Opiniones DD. in speciem pugnantes in concordiam reducuntur.

191. Majus dubium est, an præsentationum continuatio nullò casu probari valeat per testes. Et hos quidem, si de illis continuatis directè deponant, non admitti, satis exploratum est; quòd juxta dicta authenticæ scripturæ exigantur pro forma: & aliquid illis æquipollens a potestatis non admittat S. Synodus, dum personis, in quibus juris patronatûs Usurpatio præsumitur, immemorialis temporis allegationem non aliter suffragari voluit, quam si præsentationes quinquaginta annis continuatas, probetur authenticis scripturis; ut ad eòs testibus, de præsentationum continuatione deponentibus, S. Synodus non confidat.

Quare dubium duntaxat est, an S. Synodus etiam non admittat testes, qui non directè de præsentationum continuatione, sed de authenticis scripturis super illis confectis, deque earum, præsentationes continuatas asserentium, amissionem ac tenore testificentur. Ad hæc certè probanda testes admitti censet laudatus Palao n. 11. eà ductus ratione; quòd illorum ad hæc probanda admissio non adverteretur decreto Conciliari; cum ita testes ad fidem, non de ipsis præsentationibus continuatis, sed de amissionem ac tenore scripturarum faciendam adhibean-

tur, eorumquè depositionibus receptis præsentationum continuatio probata intelligatur per authenticas scripturas, non subjectas oculis, sed deponentium testimoniis declaratas. Cui rationi non parum roboris addit; quòd, cum actus aliquis probandus est per scripturam, & hæc ad formam & substantiam probationis requiritur, locus sit probationi per testes, de illius amissionem ac tenore deponentes, *c. Sicut 16. in fine, de Sent. & re judic. & c. Cum olim 12. de Privileg. Felin. in c. Sicut cit. n. 2. Velasc. de Jure Emphyt. q. 7. n. 38. & Mascard. de Probat. concl. 416. num. 11.*

Sed huic doctrinæ locus non est, quando periculum aut incommodum, ad quod excludendum scriptura exposcitur, æquè timendum est, si testis admittatur ad deponendum de scripturæ amissionem ac tenore, quàm si admittatur ad deponendum de actu, super quo scriptura est confecta. Unde ad propositam dubitationem, testes etiam de amissionem & tenore admitti, verisimiliùs negat *citt. Gonzalez à n. 75. partim;* quia, testibus etiam ad fidem de his faciendam admissis, eluditur intentio decreti Conciliari; cum à personis, in quibus ob potentiam usurpatio præsumitur, testes æquè facilè ad deponendum de amissionem ac tenore scripturæ, quàm de præsentationum continuatione subornari possint: partim verò; quia verisimile non est, reperiri testes, qui ejusmodi scripturas esse verè authenticas sciant; cum deponere deberent illas omni vitio ac defectu in substantialibus carere, quod præter Notarios publicos & Jurium peritos vix ullus scire præsumitur.

Ex his planè evanescit in contrarium deducita ratio cum confirmatione; quia testes, de scripturæ deperditionem ac tenore deponentes, locò scripturæ non admittuntur.

tuntur propter periculum subornationis, quæ à potentibus personis utroque casu æquè est timenda.

192. Addenda his sunt tria. Primum est, juris patronatus probatione juxta decretum Concilii Tridentini semel factâ, secutâque à patrono præsentati institutione, si, aliis vacationibus occurrentibus, de competente patronatus jure dubitatio oritur, ad beneficium præsentatum sine nova probatione instituendum; quia patronus in judicio possessorio fundatam habet intentionem; atque idcirco ratione quasi possessionis juris patronatus præsentationes facere potest, donec Ecclesiam vel beneficium liberum esse, in judicio Pettitorio evincatur, *citt. Gonzalez n. 15. & Palao n. 12.*

193. Alterum, exactâ illâ & à Tridentino præscriptâ probatione opus non esse, quando patronatus jus non adversus alium pro illo agentem est probandum; quia S. Synodus non attingit casum, quò pro patronatus jure in beneficio sibi competente duo litigant: sed eum duntaxat, quò quis, beneficium non collativum, sed patronatum esse, contendit, *citt. Gonzalez n. 59. & Barbosa n. 67.*

194. Tertium, eandem probationem exactam non exposci, quando patronatus jus cum persona, ob potentiam de usurpatione suspecta, beneficium suo patronatui subjectum, præterdit persona privata aut Ecclesiastica, in quam usurpationis illius præsumptio non cadit, cum; quia tali casu, remotâ personâ potente, beneficium liberum non evadit: tum verò; quia beneficiò socii minus potentis exactæ probationis onere persona potens relevatur, *citt. Gonzalez n. 69. & Lotterius q. 13. n. 138.*

☉ (O) ☉

## ARTICULUS X.

## De Juris Patronatus Ammissione &amp; Judicio.

## SUMMARIUM.

195. Jus patronatus amittitur libera Cessione,  
 196. Ecclesia patronata accessoria factâ Unione,  
 197. Non-usu seu viâ Prescriptionis,  
 198. Interitu Ecclesie vel dotis,  
 199. Extinctione familiae Et.  
 200. Suppressione Papæ,  
 201. Cede Reſtoris vel alterius Ecclesie beneficiati,  
 202. Et nonnullis criminibus aliis,  
 203. Exigentibus sententiam judicalem.  
 204. Causa Juris patronatus in judicio Pettitorio Ecclesiastica:  
 205. In Possessorio, cum reus laicus Et. Mixti sunt Fori.  
 206. Publicatio capſis Et. afficit omnium Jus Patronatus:  
 207. Quin tamen hoc cedat Episcopi Seculari.

**L**Egitime constitutum & acquiritum Patronatus jus amitti vel omnino extingui ex variis causis potest.

Primo enim id contingit libera Cessione sive ejus remissione, à patrono vel à Episcopo vel Ecclesia; ut libera evadat, *c. Unico in 6.* sicut enim, cum eam aut beneficium Ecclesiasticum fundaret, eam tam à patronatus, quam ab aliis juribus fundatori competentibus eximere, sic illum & hac remittendò eam Episcopi collationi liberæ relinquere potest: cum juri ac favori pro se principaliter intro-

hæc reſtituere cuiſlibet ſit permiſſum, c. Si de terra 8. de Privileg. Et Si quis 29. C. de Paſſis, Paul. de Citadinis p. 7. q. 7. n. 17. Vivianus Lib. 15. cap. 1. n. 11.

Cedere autem, ſive patronatum, ſaltem quoad præſentandi jus, Eccleſiæ remittere patronus etiam cenſetur, ſi eam in Eccleſiam Collegiatam converti patiat, juxta dicta ſupra n. 28.

196. Secundo, ſi Eccleſiam, Capellam vel beneficium Eccleſiaſticum Monafterio, vel alteri Eccleſiæ acceſſoriè uniri, patronus permittat aut patiat ſine patronatus reſervatione; cum tali unione, ſicut Eccleſia vel beneficium Eccleſiaſticum, ſic etiam in iis competens patronatus jus cenſetur extingui, per ea, quæ Interpp. tradunt in c. Cum acceſſiſſent 8. de Conſtit. & Lambertinus Lib. 3. q. 7. art. 10.

197. Tertio, non-Uſu; quando ſcilicet patronus ad Eccleſiam vel beneficium vacans neminem præſentavit tempore, ad libertatem contra ipſum præſcribendam requiſitò; & interea clericus in ea ſine præſentatione bis ſaltem fuit inſtitutus; cum etiam ſic Eccleſia per viam præſcriptionis libera evadat, Barboſa Juris Eccl. Lib. 3. cap. 12. n. 257. Niſi Eccleſiam vel beneficium eò tempore vacans cum juris patronatus derogatione contuliſſet Papa, Vivianus cap. 1. cit. n. 9. aut alicujus potentioris violentiæ vel aliâ ſimili cauſâ legitime patroni præſentationes contra ipſius proteſtationes fuiſſent impeditæ, Panormit. in c. Extramiſſa 10. de Præſcrip. n. 5. & 14.

198. Quarto, deſtructione Eccleſiæ totali aut interitu dotis: quibus jus patronatus ita amittitur; ut non recuperetur: niſi à patrono reedificetur, aut de novo dotetur, juxta dicta ſupra n. 25.

199. Quinto, extingctione familiæ fundatoris, ſi ab iſto in Eccleſia vel beneficio à ſe fundato jus Patronatus pro iis tantum,

quiſunt de familia ſive agnatis ſit reſervatum; tali enim caſu cum iſtis jus patronatus extingui, & Eccleſiam liberant evadere, ex communi DD. ſenſu docet Rochus de Curte V. Ipſe vel ius, q. 33. in fine. Dixi, Si pro iis tantum ſit reſervatum; quia, ſi patronatus abſolutè & non adjectâ hujusmodi particulâ, alios excluſente, familiæ reſervetur, eum ad illorum deficientium hæredes etiam extraneos, ex legis potiùs quàm hominis proviſione tranſire, cum eodem V. Competens, n. 2. & aliis DD. Rotâque defendit Fagnanus in c. 1. n. 19. contra Baldum Vol. 2. Conſil. 400. n. 1. & 2. & Geminianum Conſil. 45. n. 10.

Sextò, ſuppreſſione vel ablatione 209. Papæ: à quo tamen, ſicut propter plenam circa beneficia, & iſtorum collationem ſpectantia jura diſponendi poteſtatem poteſt, ſi tolli vel ſupprimi jus patronatus Laicale nunquam cenſetur, niſi ei expreſſè derogetur, juxta dicta & Covarruviam Præſtic. cap. 36. n. 2.

Septimò, cade Reſtoris aut alterius 201. clericus Eccleſiæ, per ſe vel alium perpetratâ, c. In quibusdam 12. V. Sacri, de Penit. quò tamen crimine, etſi patronatum ipſò jure amitti, ex verbis Proſuſu amittant, rectè delumat Barboſa ibi n. 3. quòd dictio Proſuſu uti & diſtiones Omnino, Penitus & aliæ ſimiles ſententiæ Jure lata vim habeant, per notata à Tiraquello in l. Si unquam 8. V. Revertatur, C. de Revocand. donat. n. 82. ſententiam tamen criminis & claratoriam ad actualem juris patronatus privationem non immeritò exigit Covarruvias de Sponſal. p. 2. cap. 6. §. 8. n. 10.

Octavò, ſi patronus contra decretum Trident. Sess. 22. cap. ſin. de Reformat. ſe ingerere in perceptione fructuum beneficii, iſtiusve bona uſurpare, aut quod in ipſo obtinet, patronatus jus venditione

C. g. g. g.

ditione

ditione vel aliò modò in alios transferre præsumat: aut eò modò, ac proinde simoniacè acquirat, juxta *c. Quia clerici 6. & Trident. Sess 25. cap. 9. de Ref. Leo Theaur. Fori Eccles. p. 2. cap. 6. n. 31.*

Nondò, crimine Hæresis; cum enim omnia hæreticorum bona ipsò Jure confiscentur, *c. fin. de Hæres. & c. Cum secundum 19. eadem Rubr. in 6.* etiam amittent jus patronatùs & Ecclesia libera evadet, Vivianus *cit. cap. 2. n. 27.*

203.

Decimò, læsæ Majestatis vel alio enormi crimine, confiscationem bonorum, quibus patronatùs jus accessorie annexum est, sive ipsò Jure sive per sententiam judicis infligendam inducente, secundùm doctrinam Panormit. *in c. Cum clerici cit. n. 3.* Paul. de Citadinis *p. 9. q. 2. & DD. aliorù.* Et quidem, si judex Ecclesiasticus sit, ab eo non tantùm bonorum universitati annexum, sive Reale, sed Personale quoque jus patronatùs, sicut super eo litigantium uni adjudicari, sic etiam ob delictum auferri posse, ut Ecclesia omnino libera evadat, res omnino est explorata.

Dubium autem controversùmque est, an per sententiam privationis super eo principaliter aut factà ipsius speciali mentione, vel saltem privationis sive confiscationis omnium vel alicujus universitatis bonorù annexum habentiùs jus patronatùs, hoc auferri etiã possit à judice Seculari. Cujus Resolutio tota pendet ex decisione quæstionis, an Secularis competens judex sit in causis juris patronatùs. Id enim aliqui affirmant, & desumunt partim *ex c. Significavit 41. de Test. & attest.* ubi de juris patronatùs causâ cognovit judex Sabinensis, utique Secularis, & *ex can. Filius, 16. q. 7.* ubi, cum in ejusmodi causa adeundus asseritur Rex, indubitacè supponitur, hunc respectu ipsius judicem esse non incompetentem: partim verò à paritate ipsius juris patro-

natùs: cujus cum laicos esse capaces constitentem sit, capaces etiam erunt jurisdictionis, ad causalum super eo in judicium deductarum cognitionem definitivam, que sufficientis.

Sed meliùs ejusmodi causalum in Petitorio, sive cum de jure quæstio est, cognitionem definitivam que judicis Ecclesiastici propriam esse, cum Lambertano *Lib. 5. p. 2. q. 3. art. 7. n. 4.* docent Petrus & August. Barbolæ, ille *in l. Divoria 7. §. Si vir 13. ff. Solutio matrim. n. 56.* ita verò *in Collect. & Select. ad c. Quamvis 7. de Judiciis, utrobique à n. 1. & plurimò allegatis Gonzalez in c. cit. à n. 4.* Inventionem reddunt; quòd causa juris patronatùs in Petitorio & cum de jure quæstio est, sit rei spirituali annexa, juxta *c. Quanto cit. & c. De jure 18. & supra dicta n. 21.* causalum autè & quæstionem de rebus spiritualibus hisque annexis in judicium deductarum cognitio definitivam definitivam Fori & judicis Ecclesiastici propria sit, ut expressè deciditur *c. Quanto cit.* ubi propositi nobis juris patronatùs causa Ecclesiæ judicis definitivam asseritur; quòd spiritualibus sit conjuncta & annexa, *Glossa in c. 17. Concordia, Panormit. n. 2. & Felinus n. 1.* caretque Interpp. ac DD. rationem reddentes eam quòd connexorum idem sit judicium, *arg. c. Translatò 3. de Constitut. & c. Præsentia 5. de Offic. deleg. ideoque, sicut que Religiosis coherent, Religiosa, l. 43. ff. de R. V. sic ea, quæ spiritualibus annexa & conjuncta sunt, spiritualia & Ecclesiastica censentur, naturâ assumptè à dignitate & potentiori, scilicet spirituali, à quo temporale tanquam minus dignum ad se trahitur, *arg. c. Quod in dubio 3. de Corp. secer. Eccles.**

Neque est paritas cum ipso jure patronatùs; quia laici, ad excitandum in ipsis piarum fundationum studium, ab Ecclesia

Ecclesia specialí privilegio habilitati ad Patronatus sunt, *can. Si quis Episcoporum*, 16. q. 5. & *c. Quoniam* 3. & c. non etiam ad motarum super eo quæstionum & in iudicium deductarum causarum cognitionem, *c. Quanto cit.*

Neque aliud evincitur ex *c. Significavit cit.* textu; quia iudex, de quo ibi sermo est, non fuit Secularis, sed Ecclesiasticus, scilicet Vicarius ad causarum Ecclesiasticarum cognitionem constitutus ab Episcopo Sabinensi; qui, quod S.R.E. Cardinalis esset, ratione sui Tituli Romæ residebat, ut cum Cujacio notat *cit. Gonzalez n. 9.*

Neque ex *can. Filius cit.* Imprimis; quia quoad hoc varias easque valde dubias habet expositiones; eamque ob causam ad causarum decisionem vix potest allegari, secundum receptam doctrinam Bartoli in l. *In ambiguo* 3. ff. de Reb. dub. n. 2. & Felini in c. 1. de Constit. in fine, præsertim adversus claram Juris dispositionem, & ad jurisdictionem Ecclesiasticam restringendam. Deinde; quia eò contentum jus, quatenus seculari potestati favere videtur, *c. Quanto cit. c. Qualiter* 17. de iudicis & c. correctum & abrogatum volunt DD. apud Barbosam in *can. Filius cit. n. 6. in fine.* Et demum; quia ex communi Interpp. sensu in causa Ecclesiæ recursus ad regem ibi permittitur, non tanquam ad iudicem, sed vel tanquam ad ejus advocatum & patronum; ut extrajudicialiter curet; ne per dilapidationem Ecclesiæ damnum patiantur: vel, quando Privilegio Apostolicò aut istius aliquando obtenti constante fama & communi existimatione fulcitur, Martha de *Jurisdic. p. 4. casu* 143. n. 4. Barbofa *cit. n. 6.* & Gonzalez l. *cit. n. 10.* & in *c. Qualiter cit. n. 5.*

205. Hæc de iudicio Petitorio sive, cum quæstio est de jure, *vg. an, cui patrona-*

tus, & quæ patrono jura competant vel onera incumbant: quando, quoties, aut cui clericus præsentandus: an patronatus jus legitime acquisitum, vel translatum sit in alterum, aut amissum &c. Non de Possessorio & cum quæstio est de merito facto, *vg. an, quoties, quorum clericorum præsentationes, & cui sint factæ: an vel quis in ejus quasi possessione constitutus, aut in hac turbatus sit, eave spoliatus; his enim & similibus casibus, si litigantium uterque vel saltem reus conventus laicus sit, iudicem etiam Seculare de eo cognoscere posse, multorum DD. autoritate & celeberrimarum Europæ Curiarum praxi allegatâ, haud gravatè concedit Barbofa *Juris Eccles. Lib. 1. cap. 39. à n. 161.* & concessi *Lib. 2. Tit. 2. n. 58.* Unde*

Inferitur primò, à iudice Seculari 206 ferri non posse sententiam privationis juris patronatús, alicui bonorum universitati non annexi sive Personalis, ut cum Lambertino *Lib. 3. q. 8. art. 8. n. 10.* & Sanchez *Moral. Lib. 2. cap. 19. n. 4.* neque etiam, quando universitati annexum est, si in ea specialis mentio fiat juris patronatús, ut cum Panormit, in *c. Quanto cit. n. 9.* docet Vivianus *cap. 2. cit. n. 20.*

Inferunt secundò cum Glossâ in *Clement. Pastoralis* 2. V. *Subjuncta, de Re judicata*, Lambertini. *cit. art. 8. n. 13.* & 14. & Vivianus *cit. cap. 2. n. 22.* prolatâ à iudice seculari sententiâ publicationis omnium bonorum vel alicujus istorum universitatis *vg. villæ, annexum habentis jus patronatús, hoc publicatum non cense-ri: etsi tali casu ejusmodi privationis sententiam ferri ab Episcopo posse, cum Immola in *Clement. cit. n. 72.* velit Lambert. *art. cit. n. 15.**

Sed verisimilius est, ejusmodi publicationis sententiâ à iudice Seculari prolatâ, etiam indirectè & accessorie juris patronatús aa-

GGGG 4



natū annexi privationem induci, ut cum Glossa in can. Filius cit. V. Propinquus & Panormit. cit. num. 9. defendunt Rochus cit. V. Ipse vel isq. 29. n. 69. & Paul. de Cistadin. p. 9. q. 20. n. 28. quos aliosque multos refert & sequitur Sanchez cit. cap. 19. n. 10. quia tali casu super jure patronatus nullam cognitionem sibi assumit iudex secularis: idque condemnato tantum in consequentiam aufertur & sicut villā aut hereditate venditā, amittitur à venditore.

Non tamen, sicut per venditionem à venditore ad emptorem, sic etiam publicatis bonis à condemnato ad fiscum transfertur: sed omnino extinguitur, ut Ecclesia libera evadat, ut cum Rocho aliiq. DD. cit. existimat Vivianus l. cit. n. 27. nisi condemnatus habuisset patronos; tali enim casu, ut culpa suos tantum auctores teneat, c. Quæstio ad de lit. que à majori & l. Sive hereditas 22. ff. de Negot. gest. patronatus jus penes hos solos remanere deberet, Sanchez l. cit. n. 7.



# TITVLVS XXXIX.

## De Censibus, Exactionibus & Procuracionibus;

**E**ccliesiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum Onus, sicut Jus Patronatus, sic etiam sunt Censūs seu Pensiones &c. Prælati de earum proventibus exhibenda, & ad hanc Rubricam declaranda.

- 5. Quæ præscriptione tolli nequit;
- 6. Minui potest.
- 7. III. Patrono, si referat in limite fundationis,
- 8. Postquam perfectam pensio non imponi nec augeri,
- 9. Etiam cum juramento potest.
- 10. Eandem augere vel imponere etiam Episcopus,
- 11. Nisi ex iusta causa & cum consensu Capituli non potest.

### ARTICVLVS I, De Censibus;

#### SUMMARIUM

- 1. Censūs est pensio de Ecclesia redditibus,
- 2. I. Papa in signum subiectionis vel protectionis;
- 3. II. Episcopo ob honorem Cathedrae;
- 4. Sed huic ab Ecclesiis tantum secularibus præstanda.

**C**ensūs nomen hic non accipitur latè & generatim pro omni eo, quod in certa quantitate annuatim præstatur: quò sensu etiam Tributum, l. Etatem 3. pr. ff. de Censibus, & Canonem seu pensionem in directi vel pristini domini recognitionem, vel progei uti ex Emphyteutico, Censuali vel etiam